41. acquir 385

REPETITIO SOLEMNIS AC PERVTILIS. D. BERENGARII FERNANDI

Iurium Doctoris ac Profeſſoris Clariſs. apud Tholoſates à Podio Ruppis Quercinenſis oriundi in. §. NIHIL COMMVNE, ſub Titulum de Acquir. poſſeſs. ſſorum. Lib. xlj.

B. HELIÆ AP. PAMIENSIS AD Lectorem Carmen.

QVI dederat falcem quondam, qua magna ſecares
Iugera; nunc offert hæc monumenta tibi.
Noſse quibus Valeas, quid ſit poſſeſsio, quid ſit
Et proprium, ac quo ſit iure petendus ager.
Egregiè hic monſtrat naturam, vimq;, modumq;
Interdictorum; per ſtrepituſq; fori.
Ergo Fernandum, qui hæc ſplendida munera mittit,
Diligе, & obſerua lector, & vſq; cole.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PROSTANT APVD NICOlaum Vieillard Calcotypum in Vico de Villa noua è regione dom⁹ publicæ.
TOLOSE.
1540.

ILLVSTRISSIMO VIRO, IO. BERtrando Tholoſano Lutetię Pariſiorũ Pręſidi digniſſimo. Beren. F. S.

NISI EXPLORATA NOBIS ESSET, SINgularis illa tua in iuris profeſſores beneuolentia, Clariſsime Pręſes, ipſe mihi nunquàm tantum aſſumpſiſſem, vt grauiſſima illa tua ſtudia literis noſtris interpellarẽ. Scio enim quàm ineptũ ſit, minimeque probandum, rem ſeriam tractanti, ineptijs, aut nugis quibuſdam obſtrepere. Ego autẽ cum intelligã, nulla te in re ſuauius adquieſcere, quàm in ſcriptis Toloſanorũ, quorum tu decus es ſine cõtrouerſia vel maximum. Veni ſtatim in eã opinionẽ, te vt vigilias noſtras laborẽque hunc noſtrum, equi bonique conſulturum exiſtimarem. Neque em̃ ferẽdum iſtud mihi eſſe duxi vt quũ duobus Senatus noſtri luminibus, D D. Manſancal, & A Sarta pręſidibus, ſuperioribus his annis ingenioli noſtri partũ cõmendaſſem, te vnum, cui vel oĩm maximè cupio eſſe cõmendatus, preterirem. Etem̃ cum multis noſtra iuriſprudẽtia Tholoſana nominibus cõmẽdetur, Hęc ſi quid modò rectè iudico, Bertrandorũ Illuſtri. Doctàque familia in primis decoratur, quorũ fœlici, proſperàque cõditione, Tholoſa nr̃a exornatur. Illaque dùm ſtabit perpetuò laudabitur. ITAQVE cum multis labore meo & ſtudio cupiã eſſe gratioſus, nihil eſt tñ in vita quod velim ardẽtius, quàm vt plenã humanitatis volũtatẽ tuã, & beneuolentiã nobis adiungamus. Quod quo fiat cõmodius, Repetitionem noſtrã in. §. NIHIL COMMVNE, qua fieri poteſt gratia tibi dicamus, atque offerimus, quam ceteris oĩbus ſatiſfeciſſe putabimus, tibi vni ſi min⁹ diſplicuiſſe audierimus, Illamq; tibi in adoptionẽ, aut ſi ita mauis in arrogationẽ damus vt cum eã tuam eſſe factam audierint maleuoli, horũ maledicẽdi ſtudiũ cõprimatur. Quod ſi iſtud quicquid eſt, factũ ſit à nobis paulò liberius, perſpectę nobis facilitati tuæ, noſtræ etiã cõſuetudini tribuetur. Nobiſque rẽ omnẽ fęliciter ſucceſſiſſe arbitrabimur, ſi huic labori nr̃o, ab erudita tua & graui bibliotheca locũ impetremus. Quod credo facile fiet ſi te modò bene nouimus, Idque vt fiat ita petimus, vt maiori ſtudio, nihil magis ex animo poſsimus. FERNANDVM tuũ tibi & tuis perpetuò deuincturus, Vale, Tholoſę Ex ędibus tuis. Anno A Chriſto nato. 1540.

¶IOANNES BEBTRAND. TOLOſanus amicorum optimo Stephano Potier Toloſano.

VIX CREDAS, MI STEPHANE, QVANta me letitia & voluptate afficit illa patris mei, ſimul & tui, vera amicitia, Herculeo pene modo connexa, & ita connexa, vt vtrum eorum Oreſtē ne an Pyladē damonen ne an Pythiam dici oporteat non plane videas. Quo fit vt ſi vtriuſq; ſubſequi veſtigia velimus. non ſecus ac gradiuntur in hoc genere amicitię gradiamur oportet. Quod ſi ſedulo fecerimus, tum illis laudabile videbitur, qui hac noſtra etatatula nos florere conſpiciant, tū illis maximopere, qui vere de hac re dijudicare poſſunt. Preſertim quia quòd viri graues per multi facere nequeunt defectu, vt arbitror, iudicij rationis, Nullo pene negocio faciamus. Tantum abeſt vt ab noſtrorum parentum iiiſtituto nos ipſos abducamus. Hoc forſan vel permoti diſticho. Nō ſatis eſt natis claros habuiſſe parentes. Ni ſtudeant illis moribus eſſe pares. Simul & quia amor ille qui cōſlat in ſūma iuuētute vt in ludo literario & frequēti cōſimiliū verſatiōe, tenaci⁹ heret ac diuti⁹ durat.

¶Eiuſdem ad eundem Tetraſtichon.

¶Vt gelido ſitiens lętatur fonte viator.
Sic ego conſpectu colloquioq; tuo.
Iūgit amor patres, natos vt iungat oportet.
Ætas & ſtudium quos facit eſſe pares.

¶STEPHANVS POTIER TOLOSANVS optimæ ſpei adoleſcenti. Ioanni Bertrand. Toloſano. S.

MVtua ac ſingularis parentum noſtrorū amicitia, que vel fato quodā, vel nature inſtinctu, vel honeſtiſſimorū ſtudiorū ſocietate, inter nos ꝓpagata atq; tranſmiſsa eſt, Facit vt nō poſsim non maxime exhilarari, vidēs te in teneris & rudiorib⁹ annis, tā fœliciter initiatū, tāta virtutis doctr næq; indicia exhibere. Neq; me ſolū hęc tua præſtātiſsima indoles recreat ac reficit. Verū in maiorē adducit admirationē, quòd iſta ætate, eā viā ſis ingreſſus, qua non ſolū paternis veſtigijs videris inſiſtere, verū ad eius mores, integritatem,

eruditionem,feſtinare. Quod,& ſi inclitis tuis natalibus, aliqua ex parte concedendum eſt(cum ferme liberi referant maiorum, vnde prognati ſunt,ingenium) Tamen eruditioni,atq; diligẽtię precepto ris tui Gulielmi barto multum tribuerim,qui tantam in te erudiendo operam nauauit,eamq; adhibendo,effecit,vt dubitare cogar,vtrũ ſit efficacius ad recte viuendum,bene inſtitui, quàm fœliciter naſci. Nam cũ (vt ait ille)non minus interſit,quos aſciſcas præceptores q̃ habeas parentes:vtrunq; esconſequutus,vt qui doctiſsimũ precepto rem nactus eſſes,is tibi quoq; parens contigiſſet,qui ob eximias virtutes,ſui nominis fama,iam vniuerſam galliam impleuit. Quem olim Toloſæ,ſublimẽ agebat præfecti prætorio maieſtas,nunc Luteciam Pariſiorum à Chriſtianiſsimo francorũ rege accerſitus. Preſi diſq; in ſupremo ſenatu,decorat⁹ dignitate,ea ſanctitate iura reddit, tam ſincere,tamq; incorrupte ſingulorum cõtrouerſias dijudicat,vt vel eos quos contra ſtatuat,ęquos placatoſq; dimittat. Itaq; efficit vt cum gratię cauſa nihil faciat,omnia tamen ſint grata quæ facit. Cui⁹ tam coniuncta eſt cum ſeueritate humanitas,vt cum in ampliſsimo dignitatis gradu,locatus ſit,non minus tñ hominem ſe quàm hominibus preeſſe meminerit. Poſtremo tã æquiſsimus iudex,quàm iuris dicundi peritiſsimus. Cuius nomini cum audirem dicari luculentos,Berengarij FERNANDI,in.§.nihil COMMVNE, commentarios,cępi ego tunc illum magis admirari,quem a viro vndequaq; doctiſsimo ſuſpici ac prope coli perſpicerem. Qui tractatũ, inter cæteros vtriuſq; iuris,difficillimum, denſiſsimiſq; antea tenebris inuolutum, interpretatus,nullum magis idoneum patronum, patre tuo,ſibi deligere poſſe exiſtimauit. In re preſenti maxime,quę, quemadmodum circa altiores iuris apices verſatur,ita viro longe ſubtiliſsimo, iuriſq; prudentiſsimo,inſcribi nuncupariq; meruit. Is vero quo virtute,ſcientia,rebuſq; ſapienter geſtis,clarior eſt,hoc maiore cum laude,ei⁹ veſtigia imitabere. Quod quia iam diuinitus cœpiſti i pede fauſto,& bene feliciterq; auſpicata laudũ tuarum initia, bonis auibus abſolue. Ita fiet,vt maiorum imaginibus,votis parentum,omnium tui ſtudioſorum expectationi reſpondeas.

BENE VALE.

¶ EIVSDEM AD EVNDEM Exaſtichon.

Virga fuit tenuis, viridi non altior herba,
Que modo vicinam Pinus opacat humum.
Sic qui conſpicuas moderantur legibus vrbes:
In iuuenum iuuenes ante fuere choro.
Nos quoq; ſperamus, ſi ſit modo preuia virtus,
Maxima & a nobis oppida, poſſe regi.

¶ EIVSDEM AD CLARIS ſimum adoleſcentem, Gulielmũ Bertrandum, aliud. Exaſtichon.

NE patrij tantum dicaris nominis heres,
Atq; alio virtus patria flectat iter.
Da præcor auſonijs, fugientia tempora muſis:
Labaturq; tibi, non ſine fruge dies.
Sic poteris Regum doctos intrare penates:
Atq; inter primos primus habere locum.

¶ B. FERNANDO PRECEPTORI ſuo Iureconſultiſſ. Symon baynaguetus. Toloſanus. S. P. D.

VT perpetuo tui ſimilis es Fernande doctiſſ. qui nunq; ceſſas, ſed ad communem hominum vtilitatem ſemper aliquid afers nimirum naturæ obſecutus, quæ cetera quidem ad vſum hominum, Homines autem hominum cauſſa generauit. Itaq; communi hominum vtilitati induſtria tua nunq; deeſt, ſed ſiue ſcribendo ſiue profitendo hominum inter homines ſocietatem ſtabilis, ac deuincis. Nam vt taceam te decem annos maxima cum auditorum frequentia, maiore cum eorundem fructu ius profeſſum, vt ſileam doctiſſ. tuos. l. in quartã cõmentarios, patereã cõſanguinitatis, tũ ſacræ ſimul & ꝓphanæ affinitatis arbores luculenter à te declaratas. Satis id oſtendũt eruditiſſ. tui in. §. nihil cõmune. l. naturaliter cõmentarij, qb⁹ rẽ ſanè obſcurã ſic declaras, ĩuolutã explicas, ſalebroſã explanas,

vt quiuis etiam rudis latiſſ.huius diceptationis campū vel inoffenſo pede percurrat. Sed hoc humanitatis & doctrinæ, illud prudentiæ ſingularis fuit, quòd ſub clariſſ. D. Bartrandi in ſumma pariſiorum curia præſidis ęquiſſimi nomine in vulgus cedi volueris, ſub cuius maxima apud omnes auctoritate velut. Aiacis clypeo ab inuidorū telis protegantur. Quem cùm ſumma eruditio cum pari morum integritate coniuncta ad honores ampliſ. euexerit, ſatis conſtat à calunniatorum iniurijs comentarios tueri poſſe, ſi velit. Quin autē velit, nemini dubium facit eximia eius in omnes humanitas, qua profecto cuiq; commendatior eſt, quàm dignitate honoratior. ¶ Bene vale, meq; tui amantiſſ. tibi perſuade.

¶ MATHVRINVS BRENEZANVS ancenigianus ad Berangarium Fernandum precęptorem hoc carmen velut ſagittam ad ſcopum dirigit.

SPlendenti quanto eſt virtus præcioſior auro.
Tanto alios ſuperas nobilitate viros.
Exuperas docti magnum Ciceronis acumen
In libris loquitur docta minerua tuis.
Naturam ſuperas ne te ſuperauerit omnis
Grecia, nec patribus roma ſuperba ſuis.
Si nunc Mercurius vel Iuppiter exeat aſtra.
Vix melius tandem poſſet vterq; loqui.
Si mihi ferrea vox ſenteno exiret abore.
Non poſſem meritis premia ferre tuis.
Viue Vale felix magnis decorande camœnis
Quos vixit viuas longua ſibyla dies.

Subſequuntur Errata, quæ incuria hic obtigerunt, nõ tamen adhuc omnia planè ſunt expolita, Sed Lector beneuolus mendam,ſi quæ ſit,per ſeipſe noſcat, nec primum inſpiciat ſcripturæ vicium,quàm ſententiæ rationem. Idq; maxime velim in noſtra Repeti. l.in quartam. quæ ſanè perperam, Fuit etiam mendis expurgata.

Errata primi Capitis.

FOlio primo,verſo.nu.4.ibi (licet glo.)legẽdum eſt,(Licet in Glo.) Fol.2.verſo, in ſexta linea ibi,(ſuis cauſis) lege (ſuas cauſſas). Fol 3 nu.10.ibi (quoſdam eſt in iure) lege (quoſdã eſſe in iure). Et eodem nu.12.ibi (dominum agredi) lege (dominus) Eodem nu.14.verſic. (Tertium præceptum) legendum, (Tertium exemplum). Fol.4.nu.16.ibi (in intineranda) lege (in interinanda) Fol.5.nu.19.ibi (.l.ob hoc. C.vnde cogna.) lege (.l. nõ hoc. C.vnde legi). Fol.6.in.5 linea,ibi (illo verbo vti) lege (illo verbo ſint vſi) Et eodem verſic.itaq; ibi (nõ laborarent) lege non laborarunt.) Fol.10. verſo verſic.Quis etiã non videt (comendatorium,)lege (cõmodatarium) Fo.11.verſo.in.3.linea,ibi (ſecludens) lege (ſecludas).Fo.12. in 6.linea ibi (ergo,id in more) leg. ſic (ergo, Id in more) cũ magno elemento.et eodem verſic.Ego in primis ibi (deuiatur aliqua) legẽdum eſt,(dematur vox aliqua) & ibi immediate (ſenſuum)lege ſenſum) Et eodem verſo verſic.& reſpondens.ibi(verſic.cõcludit)lege (verſic.nã bereditas,concludit) Folio.14 verſo verſic. ad decimum. ibi (quando ipſi) lege(quàm ipſi) Fol.16.verſic. ciuilis poſſeſſio ibi, (ſubſequitur proprietatum) lege (proprietarium). Et eodem verſi. in.4.linea ibi,(ſit,& an) dele(&) Fol.17.linea.5.ibi. (poſſeſſio & donum,legendum eſt,(& dominium. Fo.18.abundat prima linea,quæ incipit nũ cõtumacis, eſtq; tranſferenda ad fol.20.illo loco. Et eodẽ in.7.linea,ibi.(vſq; tradentius) lege (tradentis). Et eodẽ verſicu.aduertendum ibi.(eſſe remedium) lege (eſſe inter remedium) & eodẽ Fol verſo verſic. tertiũ, ibi multũq; damnũ) lege (nullum) Fol. 20. Deeſt prima linea quam accipe ex prima,quę abũdat.folio.18. Eodẽ fol.20.linea.11.ibi.(quod eũ poſſeſſionem non conſeruit) le. (quod etiã poſſeſſionem non conſeruit) Et eodem verſo,verſic. competit. lege ſic (competit etiam ei qui turbatur in quaſi poſſeſſione incorporalium) Fol.25.verſo.nu.14.ibi (vocatũ decreturq;) lege vocaturq; decretum.)

¶ Brrata ſecundi Capitis.

¶ Folio.30.verſic.hic tex.ibi.(quòd litera qui ſeipſa) lege (ꝑſeipſa). Folio.24 .verſic.vnde.3.ibi (hoc eſſentia) lege (hoc eſt eſſentia) Fol. 25.verſic.quarto,ibi (contra glo.) lege (vltra glo.) Foli.50. in prima linea ibi) de re iud.(lege)de (acquir.hered.) Fol.51. verſic.in fine.ibi. (Si reus) lege (Si res) Fol.52. verſic.& in primis,ibi. (durari) lege durare. Et in fine illius pagine,dele vltimam lineam,quæ incipit contra quem &c.

¶ Errara tertij Capitis.

¶ Folio.58.verſic. Secundus caſus,ibi (latere pono) lege (latere, primò). Fol.59.linea.9.ibi (tũ admitteretur) lege.(tum non admiteretur) Folio.64.verſ.verſic. (prȩterea etiam ſi nullo) lege (vllo) Foli. 68.verſo.linea.25.ibi.(quia erat.l.exitus)lege(quia longo ante temporæ cõdita erat.l.extat)folio.74.in finæ lineæ ibi (comperſius)lege (concurſus)folio.75.verſo verſic.(permultis enim impelli)lege(impellor)folio.76.verſo verſic. Tertio adducunt &c.ibi(poſſeſſorio de duobus)lege(poſſeſſorio,ſed de duobus)folio.85.verſo verſic. Quinto in ibi(appellari non poteſt)ege(appellare).

¶ Erratũ in epiſto & in carminibꝰ Sed lector quiſq; bonus patienter feret,in prima Epiſto.6.linea ibi tũ intelligã,lege(cũ)In.2.Epiſtola ibi(niſtituto)lege inſtituto. In quarta ibi(vulgus cedi)lege (ædi).& in eadem in fine lege(profecto)& nõ prefecto. In carminibus Mathurini brenezani lege(nec)pro ne in quinta linea. In octaua linea lege(vterq;)ꝑ vterq;. In nona linea in verbo ſenteno loco(ſ)pone(c).

FINIS.

Benedictus deus cum virgine maria.

INTER OMNES IVRIS noſtri materias ſatis cõſtat,nullam eſſe vel ſubtiliorẽ,vel vtiliorẽ,digniorem q; materia.§.nihil cõe, in qua bonas horas colloces. Vnde factum eſt, vt qui ad aliquas in noſtra iuriſprudentia vires peruenerint,plurimũ ſtudij circa huius.§.interpretationem impẽdãt, ſeſeq; totos in eius perueſtigãdo ſenſu ponant, Adeò vt multi ſuum profectum metiantur ſi multũ in hac lectione progreſſi fuerint. Et ſanè ita delectat, allicit atq; prodeſt,vt mihi caput attollere videatur,quo factum eſt,vt lõge maiorẽ quàm in altera noſtri ingenij fœtura curã intenderimus,omniq; eniſi diligẽtia ſumus,vt ſuperata difficultate in ſpinoſis alioqui & exquiſitæ ſubtilitatis quæſtionibus,abiectis omnibus itinerum anguſtijs pedẽ tutò figere,ac decurrere ſtudioſus quiſq; poſſit. Quod tamen nõ eo ſpectat,vt velim oẽs addictos,& quaſi conſecratos eſſe certis quibuſdã meis deſtinatiſq; ſentẽtijs(nõ enim tãtum de me polliceor)ſed vt admoneã me mouiſſe ſcopulos,quos ſi mihi nõ dabit,doctiores ſaltẽ impellant. Qm̃ igitur hic mira quędã ſuauitas,& delectatio verſat̃. Corœbo ſtultior (vt eſt in veteri prouerbio) mihi videbitur, qui ad hanc materiam animũ non adiunxerit ſuum. Cæterũ vt ſolens meo more faciam, & ne diſſutum quicq; hiulcumq; videatur, tria capita ordine exequæmur. Primo,neceſſariæ atq; perutiles ad hãc materiã prefationes(vti in more recentiorũ poſitũ eſt,)exponũtur. Altero literæ, gloſſarum etiam facilis declaratio ſubiungetur. Vltimo Bar.& moderniorum quotquot in hac re ſcripſerunt combinationes interpretationeſq; videbuntur, Abſolutis deniq; tribus his capitibus,vos illa ipſa diligentiſſimè notaſſe(credite)non pœnitebit.

Præfatio prima.

ALTIVS HVIVS.§.NIHIL COMmune.l.naturaliter.ff.de acqui.poſ. materiam exordiendo Cenſui in primis aduertẽdũ † precipuã ſcilicet cęſarei iuris atq; etiã põtificij partẽ in eo ipſo verſari,vt vnicuiq; ius ſuum reddatur.l.iuſtitia eſt.§ j.ꝫ.de iuſti.& iur.§.iuris pręcepta inſti.illo tit.tex.in.c. ſi ſæculi.xij.q.ij.& alibi reddite qua ſunt Cęſaris,cæſari,& quæ ſunt dei,deo. Eſt itaq; conſentaneum rationi quẽq; ſuum & ſibi debitũ habere,ad idq; diſtributiuã iuſticiã legũlatores ſta-

tuerunt,dum eam ſic finiunt,† eſt conſtans & perpetua volũtas ius ſuũ vnicuiq; tribuens.§.j.inſti.de iuſti.& iu.& glo.ibi citat Ciceronis finitionem,eſt(inquit)iuſticia habitus animi communi vtilitate ſeruata ſuã cuilibet tribuens dignitatem,ad idem tex.in.l.iuſticia eſt.ff.eo.tit.not. in.c.forus.extra de verbo.ſignifi.Quo fit,vt ab eo, qui ſuum nõ habet, aut ſibi debitum,magiſtratus iuris adminiſtrator ſit adeundus.l.fin.C. de execut.rei iudi. Conſiderandum tamen eſt aliquem dupliciter de re aliqua conqueri poſſe,cui ius reddendum ſit, nẽpe aut de re quam ipſe habet,aut de re quæ detinetur ab altero. Quòd ſi quis de re quam ſecũ
3 habet,conqueratur,extat iuris noſtri concluſio.† Nõ eſt datum alicui à iure noſtro remedium ad eam rem quam ipſi tenemus. Cuius hæc eſt ratio,quòd contra nos idipſum dari neceſſarium eſſet, atqui in nos ipſi nichil poſſumus.l. penul.ſ. de arbi.l.iulianus.ff. de iudic. Accedat huc quòd fruſtra id petere videamur,quod intus habemus.l.j.C.de re iudi.
¶ Limittanda eſt hæc concluſio,quando de re incorporali cõtrouerſia nobis moueretur,tunc enim etiam pro re quam habemus,proditum eſt actionis negatoriæ remedium.§.æque.inſti.de actio.l.ij.ſ.ſi ſerui.vẽdi. Illa iura exemplũ ponunt in ſeruitutibus,quæ à Ioan. fab.in.d.§. æque
4 † ad iuriſdictiones ad decimas extenduntur per not.in.c.tua.in.c. prohibemus.extra decimi.Bald.in rubri.C. de vſufruct.illa etiam protrahit ad ius pſentandi.Licet glo.quã probant ibi Bart.& Ang.in.l.in rẽ. §.loca ſacra.ſ.de rei vendi. contrarium dicatur, nempe vt condictione ex.l.canonica vtendum ſit, & Bal.in.c.ſignificante.de appel. Bal. in.c. quanto.de iudi.dicit pro his & iure pedagiorum offi. iudicis competere.Opinionem tamen Ioã.fab.ſecutus eſt Paul.caſtren.in.l.vt pomũ in fi.de ſer. Iaſ.pleniꝰ in.l.ſi prius.ſ.de opis noui nuncia.nu.iiij. vbi etiam dicit hanc negatoriam competere pro iure paſcuorum, paſſatgiorum, & alijs quibuſdam,vt p eũ ibi potes videre.Non enim lubet eorũ ſcripta tranſcribere, quibus nihil addendum putem. Negatoria etiam aut cõfeſſoria eos quotidie vti video,qui ſibi primas ſedes cõpetere dicunt prelationemq; ſe magnopere contendunt habituros,qua in re officium iudicis eos inſtituere poſſe firmat Ioan.fab.in.§.aliam.inſti.de bo. poſſ. quod quottidianum eſt inter mulieres,his honoribus diligenter inten-
5 dentes † quas tamen honeſtius putarem diſceptaturas de cedendo, quàm de ambiendo honore,idq; in viris longè decentius. Nihil video tamen,cur pro his iuribus remedium poſſeſſorium non poſſit intentari.l.quoties.la.ij.ſ.de ſeruitu.l.ſicuti.§.ariſto.ſ.ſi ſeruitu.vendic.de quo & eo quod,pro beneficiorum iure competit, abunde dicetur infra.

¶ Limita ſecundo cõcluſionem in rebus corporalibus, in quibus etiã
ſi nobiſcum eas habeamus,turbari quandoq; poſſumus & inquietari.
Quoquidem caſu duplex traditum eſt nobis à iure remedium, prout
modo in dominio,modo i poſſeſſione turbamur.† Si quidem in domi- 6
nio cõueniamur, paratum habemus ius excipiendi.toto titu.de excep.
quem ſumma cum vtilitate. Ange.areti.eſt interpretatus libro.iiij.in-
ſtitutio. de exceptio. Ad quem ſi egeas, recurrito.Hoc ius excipiendi
à practicis,ſi aduerſus executiones deducatur,ius opponendi vocatur.
danturq; paſſim literæ oppoſitionum , vt ſuam rem quis tueri coram
iudice poſſit,quarum oppoſitionum nomen tractum eſt à .l. aduerſus.
&.l.finali.C.de exceptio.de hoc iure opponendi in.c.finali. de electio.
in.vj.De hoc autem oppoſitionis remedio,quòd ad rem noſtram parũ
attineat,ſic breuiter habeto.† Remedium opponendi ſiue excipiendi
cæteris longè melius eſt,in permultiſq; remedium perſequẽdi ſuperat. 7

¶ Primo remedia perſequendi alia perpetua, alia temporaria ſunt.l. in
honorarijs.ff. de actioñ.& obligatio.§.j.inſti.de perpetuis & tẽpo.actio.
At opponendi omne perpetuum eſt.l. pure.§.final.ff. de exceptio. doli.
l.licet & ſequenti.C.de exceptio.Niſi fortaſſe exceptionem non nume
ratæ pecuniæ mihi proponas.§.j.inſtitu.de litera obliga.l. in contracti-
bus.C. de non numera.pecu. Aut nõ numeratæ dotis.l.fina. & auctẽ.
ibi poſita.C.de dot.cauta non numerata.

¶ Secundo in remedio perſequendi infinitas reprobatur .l. qui bona.
§ finali.& ibi Barto.ff.de damno infecto. Sed in excipiendo tolleratur
ea infinitas ſecundum Bar.in.d.§.finali. Bart.in.l.j. ad princi.C.de ſen
ten.quæ pro eo quod intereſt proferun.

¶ Tertio remedium perſequendi eget auxilio legis ciuilis, (ciuile au-
xilium appello,quod nõ iuriſgentium ſit) nec vſquàm quis abſq; legis
auxilio agere poteſt,ſi communi opinioni credamus,quæ habet actio-
nes iuris ciuilis eſſe,neceſſariamq; obligationem ciuilem. Atqui in iu-
re opponendi ſola naturalis obligatio prodeſt.l. iuriſgentium.§.igitur
nuda.ff.de pactis.l.pacta conuenta. & ibi dixi .ff. de contrahen.empti.
& venditio.

¶ Quarto is,cui ius perſequendi competit contraria allegans repelli-
tur.l.j.C. de furtis.l.finali.C.de codicill. At qui excipit,contraria alle-
gare non prohibetur.l.nemo prohibetur.ff. de exceptio.l. nemo ex his.
ff.de regu.iur.

¶ Quinto qui perſequitur,intentionis ſuæ fundamenta probare tene-
tur.l.ij.ff.de proba. l.q acuſare.C.de edẽ.c.j.vt eccle.bñfi. Verũ qui op-

ponit nullo eget probatiõis genere.l.fi.C.de rei vend.Niſi preſumptio nẽ pro actore facere proponas.l. ſiue poſſidetis.C.de proba. Niſi item reus onus probandi ſumpſerit.l.circa.ff.de proba.& hoc ipſo caſu agẽs
8 à probando non releuatur,vt docet glo.in ea.l.circa.† Et ita demum ſi de iure actoris non dubitetur, deffendẽs(quẽ opponẽtẽ dicimus) neceſſitate ſuis cauſis oppõnum probandi aſtringitur.l.j.C.de proba.not.in l.ij.in verb.repellere.C.de iure emphi.Opponens enim(conſtito de iure perſequentis)in ſua oppoſitionis cauſa actoris partibus deffungitur l.j.ff.de exceptio. Hactenus de eo qui in dominio impellitur

¶ Si vero quis moleſtiã ferat in poſſeſſiõe corporaliũ rerũ, aut in quaſi poſſ.incorporalium remedio poſſeſſorio retinendæ vtetur.l.j.§.retinẽdæ.ff.vti poſſid.§.retinẽdæ.inſti.de inter.d.l.quotiens.de ſeruit.quod latiſſime ſuo loco. ¶ Ex ſuperioribus breuiſſime dixi de re quã quis ſecũ habet. Supereſt,vt de rebus,quas nõ habemus perſequẽdis loquamur qua in re ſit altera concluſio.¶ Ad rem noſtram aut nobis debitã aſſequendam à iure noſtro multiplex remediũ ſtatutũ eſt. Ad hãc traditionem duo tractãda ſunt,vnum,quare remedio iuris opus fuit. Alterum quodnã id fuerit,cuiuſq; naturæ & effectus?

¶Circa primum, quare ius perſequendi ſit introductum, id in cauſſa
9 fuiſſe arbitror.† Quòd nemini liceat cum alterius iactura locupletari. l.nam natura.ff.de condi.indebi.c.locupletari.de regu.iu.in.vj. quo fit, vt rem meam,aut mihi debitam iure retinere nõ poſſis. Cũ itaq; eãdem me conſequi deceat,propria auctoritate illã conſecutus fuiſſem,nullo mihi conceſſo remedio,vndẽ infinita prope ſcandala oriri poſſe videntur,tot rixę,tot diſſenſiones inter mortales eſſent, vix vt pauci ſupereſſe poſſint. Idq; ea nos docet experientia,quod propoſito(iſto argumẽto vtitur tex.in.l.j.ver.cũ nec nũc quidẽ.ff.nau. caupo.ſtab.) iuris remedio,difficillimũ eſt,remp.pacatã iurgijs inſidijſq; vacuam videri,id igitur cauſſe iurium & legũ humanarũ precepta & conſtitutiones introduxit, quibus homines ad iuſticiã illã originalem primi parentis culpa.ſublatã propius accedant,hinc conſtitutio.l.ſi quis in tantã. C.vñ vi.l. extat, ſupra de eo quod met.cau.l.chriſtianis.C.de paganis.l. ſi quis curialis. C.de epiſco.& cle.quã uelim notes iuncta glo.ad vulgare illud appunctamentum,veniat is nanumiſſa,hinc etiã vigor iudiciorum inſtitutus l.nullus.C.de iudei.hinc creati magiſtratus,qui his iura redderent,qui ſuum perſequi velint.l.ij.ff.de origi.iur.Inde cõſtitutum, ne quis in ſua cauſſa aut ſuorum ius dicat.C.ne quis.l.j.ff.quorũ legato.ęquiſſimum (inquit) viſum eſt pretori vnumquẽq; non ſibi ius dicere, tãtum igitur

abeſt,vt quis ſua ipſius auctoritate alteri iniuriã faciat, ſic igitur factũ eſt,nulli licere rem ſuam aut ſibi debitam proprio iure propriaue auctoritate conſequi. ¶ Aduertendũ tñ eſt,† quoſdam eſt in iure noſtro ca- 10
ſus,quibus nos ipſi abſq; iuris remedio, ius non modo dicere, ſed & facere quoq; poſſimus, vt ſcilicet rebus, quas habemus, aut quas alij nobis vſurpare velint,fruamur. ¶ Primus caſus ponitur in.l.debitor.ff.de nego.geſt.vbi Pau.ait.Geſtorẽ negotiorũ ſibi debitum nõ modo poſſe,ſed teneri etiam accipere,ex his centũ,quæ in archa repoſuit ex vẽditione rei hereditarię redacta.niſi(inquit)iuſta cauſſa fuerit,propter quã integra centum cuſtodirentur,quod triplici exemplo contigiſſe docet.
¶ Alter eſt caſus in.l.quotiẽs.§.ſicut aũt.ff.de adminiſt.tu. vbi iuliano placuit tutorẽ ita à pupillo & poſſe, & debere ſibi debitum exigere, vt alijs creditoribus ſoluere, precipuè ſi vſurę fuerint grauiores, quæ debebantur tutori. ¶ Tertiũ caſum tradit Gaius in.l.quod ſi poſſeſſor.ff. de peti.here.dicens poſſeſſorẽ centũuirali iudicio victũ, † habere repe- 11
titionem eorum, quæ occaſione rei ab eo ſoluta ſunt, & ſi ab eo, cui ſolutio facta eſt,nihil poteſt repeti, poſſeſſori ſubueniendũ, vt ipſe quidẽ retentione rerum ſibi ſatiſfaciat,quo fit,vt pro expẽ. in rem contenſioſam,aut neceſſario aut vtiliter per eum,qui ſuccubuit,expoſitis,iure retentionis ſuccuratur.tex.notab.in.l.idemq;.verſ.illud expeditius.ff. de actio.empti.l. in hoc iudicium. in.j. reſpon.cõi.diuid. ¶ Quartus in.l. ait pretor.§.ſi debitorem.ff.quę in fraudẽ creditor.vbi Vlpia.reſpõſo cõſtat creditorẽ poſſe debitorẽ fugientẽ,& pecuniam ſecum ferentẽ capere,eiq; quod ſibi debebatur auferre,quod & iuliano placuit, in hanc rẽ per accurſium cæteroſq; doct.multa ibi & in.l. quæſitũ.de pig.ff.quod expeditius tractant.Ang.Iaſ.& Gomeſius.in.§.i.inſti. de actio.
¶ Quintum caſum exprimit Vlpia.i.l.j.§.licet.ff.de peric.& cõmo. rei vendi.venditor vini(inquit)dolia,per ſe capere poteſt, & vinum effundere,ſi diem ad metiendũ preſtituerit,nec intra diem admenſum eſt, niſi ponas vẽditoris nihil intereſſe dolia inania fuiſſe,in quibus vinũ fuit, vt potè quod locaturus ea nõ fuiſſet,nec neceſſe habet alia cõducere dolia. ¶ Sextus eſt in.l.qui vas.ff.de furt.vbi Vlpia.ait furẽ vas, quod furto ſuſtulerat,protuliſſe, quod, is cuius erat abſtulit ei, qui ſurripuerat, furemq; nichilominus dupli putat condẽnatum eſſe rectiſſimè,† Vides. 12
dominũ rei furto ſublatę propria auctoritate eã capere poſſe, idem in.l. interdum.§.qui furem.ff.de furt.Immo vero quòd furẽ nocturnum, aut diurnũ,pro ſuis rebus repetẽdis dñm aggredi poſſit,volũt tex.in.l. ſi vt allegas.C.de ſicca.l.iiij.ſupra ad.l.acquil.l.iij.§.eum igitur.ff.de vi & vi

arma. ¶ Septimo loco,adducitur,quod ab imperatore ſancitum eſt,i.l. prohibitũ de iure fiſci.lib.x.C.vbi ait licere vniuerſis quorum inerteſt obijcere manus his, qui ad capienda bona alicuius venerint,† etiam ſi
13 officiales iudicis ſe profiteãtur,ſi non literis & iudicis precepto doceãt ſe non ex arbitrio ſuo ad capiẽdas res priuatorum veniſſe. Adde, quòd commiſſario non creditur,niſi de cõmittentis mãdato fidem promptã fecerit.c.cum in iure.de offi.deleg.idq; glo. ibi Pañ. & cæteri comprobant.tradit Guid.pape i.ccc.xxij.deciſione. ¶ Octauum caſum ponit imperator in.l.generali.de decurionibus.lib.x.& in.l.j.C.vbi quis decuriali.Sancimus inquit,ſi preſidis deeſt copia,decurionem aufugientem manus iniectione conceſſa,per eos,quos aufugerat eſſe ad examen præſidis deducẽdum.

4 ¶ Nonus poteſt aſſignari caſus in perſonis, quæ poteſtatem aliquam erga alias habere videntur † quibus hæc datur facultas propria ſcilicet auctoritate ſubiectas capiendi,detinẽdi,& caſtigandi.

¶ Exemplum vnum habes in domino reſpectu ſerui.l.j.C. de priua. carcerib. ¶ Alterum de patre erga filium,vt Cy. & Alber. ponũt in.d. l.j.pro his tex.eſt in.l.ſi filius. C.de patria ptãte.l.vnica. C.de emẽda.ꝑpinq.Et dicit Bal.in.l.liberto.C.de obſeq.liberto.patrem poſſe filium diſcolum in compedibus ponere. Facit lex.j.C.de patribus qui filio diſtra.in ratione ſua.

¶ Tertiũ præceptum eſt de marito erga vxorem. in loco ſuſpecto repertam.glo.in.c.quemadmodum.extra de iureiuran. tex. in.c.placuit. xxxiij.queſt.ij.Alberi.in.d.l.vnica.C.de priua.carcerib. Ob aliam tamen cauſſam non licet ingenuis viris male tractare vxores.l.conſenſu. verſic.ſi qua igitur.C.de repud. ¶ Quartum exemplum eſt de preceptore erga diſcipulum.l.ſed & ſi quicumq; ad finem.ff. ad.l.acquiliam. cum.l.ſequenti. ¶ Quintum exemplum in abbate aut altero ſuperiori prælato erga monachum aut ſubditum alteriuſmodi.c.cum volũtate.§.finali.& ibi Panor.& alij extra de ſenten.excõ. ¶ Sextum,de probo ſene. qui ſibi coniunctum in ludo alteróue improbato actu repertũ verberibus afficere poteſt. Bald.in.d.l.vnica. de emendatio. propinq. His omnibus iure proprio, ſecluſa iudicis auctoritate, omiſſo etiam iuris remedio vti licet,In quibus tamen nimia ſeuicia culpæ adſcribitur, & vicio datur.l.preceptoris.ff.ad.l.acquil.

¶ Decimum arbitror ponendum in eo,qui reperitur in crimine flagrãti,quẽ vnuſquiſq;,vel priuatus capere poteſt.l.j.§.ne igitur.C. de rap. virg.tradit erudite(vt ſolet) Bart.in.l.cum eoꝝ. ad iuliam pecula. quod

velim intelligas,modo ne penes ſe captum vltra viginti horas detinue-
rit.l.capite quinto de adulte.& plene ibi per Bart.ꝑ. de adulterijs.tradi
tur in.l.ea quidem.C.de accuſatio.l.j. C.de priua.carcerib. per glo. &
docto.in.c.cum non ab homine.de iud.in antiq.

¶ Vndecimus caſus eſt,ſi res aliqua in nullius bonis ſit,quę ratione na
turali ad primum occupantem intelligitur pertinere.l.iij.ꝶ. tit.j.§. ferę.
verſic. quod enim inſtitu. de rerum diuiſio. Nemo tamen putet ſe rem,
que in hominum cõuercio non ſit,occupare poſſe,veluti hominem rem
ſacram, religioſam,glo.in.d.l.iij.tex.in.§. nullius de rerũ diuiſio. †Inſu 15
per occupatione rerum paſsim non eſt vtendum,niſi earum ſolum,quę
veriſimiliter aliorũ dominio non ſubijciũtur,ſicuti ſunt feræ,volucres,
& aliæ idgenus,quæ mobiles ſunt,& aliorũ eſſe nõ preſumuntur. exẽ-
pla ponit Bart.in l.rem quæ nobis.nu. iiij.ꝑ. eodem. At res immobiles,
mobiles etiã, que hominis opera fiunt, in aliorũ dominio intelligũtur,
de quibꝰ loquitur tex.in.l.finali.C.vnde vi.Omnes,inquit,ſcire debẽt,
quod ſuum non eſt,hoc ad alios modis omnibus pertinere.

¶ Duodecimus caſus reperit̃,quando voluntate domini eſt alicui per-
miſſum auctoritate propria rem percipere.l.iij.C.de pigno.l.titia. cum
teſtamẽto.§.j.ꝶ. deleg.j. licet & ibi meliꝰ fuerit iudicis auctoritate vti,
quod explanat Bart.in.d.l.iij.

¶ Decimus tertius eſt in.l.deuotum.C.de metat.lib. xij. vbi licet pro-
uincialibus & quibuſq; fundorum poſſeſſoribus propria auctoritate re
pellere metatos, quos aliqui vocant mochachos,qui agros reſq; alias
diſsipare conantur.quod indubie noſtrates obſeruant,quando tales va
gantur abſq; capitaneo & duce per ſuperiorem deſtinato.

¶ Decimus quartus ponitur,in.l.vt vim de iuſtici. & iur.in.l.ſciẽtiam.
§.qui cum aliter.ꝶ.ad.l.acquiliam in.l.j.C.vnde vi.l.j.&.l.ij. quando li- 16
ceat vnicuiq;.C. per multiſq; alijs iuribus diſponentibus vim repellere
† quod in regno frãcię minime tolleratur,imouero deffendentes potius
aliomodo euadere debent, Id tamen quod his iuribus cautum eſt,conſi
deraretur in intinerãda gratia principis ſuper homicidio vt dictum eſt
comiſſo,de quo conſuetudinarij noſtri permulta ſcripſerunt.

¶ Decimus quintus & vltimus ponitur per glo. & doctores commu-
niter in.l.ij.in verb.repellere.C.de iure emphiteo. de qua re vide domi-
num Iaſ.ibi numer.iii.vbi quicquid concludere videatur,ego tamen in
interp̃tatione illius tituli dum legerẽ Tholoſæ in auditorio Do.Maſſa
brac doct.regẽtis doctiſsi.ſum ſecutꝰ opinionẽ.Pet. & Cy.q mihi videẽ
tur i pleriſq; illiꝰ materię articl'is ſicut & alibi plerũq; ꝯditiſsime locuti

Habes ex his permultos caſus quibus cõcluſio noſtra, quæ volebat in
noſtris rebus aut tuendis,aut perſequendis officio iudicis vtendum eſ-
ſe,& remedium iuris intentandũ.Quos omnes ſic arbitror ſanè intelli-
gendos,modo ſiue ſcandalo exerceri poſſent,& ſi enim id iure permit-
tatur,ve tamen ei per quem veniũt ſcandala. Vbi igitur tumultus & ſe-
ditio dubitaretur,ordine iudiciario vel in his caſibus opus eſſet, huc ac
cedat dictum Bulg.magis timeo(inquit)ſcandalũ quàm futurum iudi
ciũ glo.in.§.apium.inſti.de rerũ diuiſ.quo fit,vt tum nihil ſpecialitatis
inueniatur.Hactenus cur remedium iuris introductum.
¶ Circa ſecũdum membrũ noſtrę huius principalis concluſionis,quo,
quę remedia nobis iure fuerint ſtatuta,declarabimus,eſt diligenter ad-
uertẽdum. An rem nobis debitam petere inſtituamus? an rem noſtram
4 ab alio detentam? Priore caſu ſit.
¶ Tertia concluſio. Pro re nobis debita nõ eſt datum iudiciũ petitoriũ.
neq; poſſeſſoriũ ſed actione pſonali, aut officio iudicis experiundũ eſt,
de primo tex.in.§.omni.in.§.ſic Itaq; diſcretis.inſt. de actio.d.ij.in.l.j.
§.in honorarijs de var. & extraor.cog.l.cum filiuſfamilias.ff.ſi certum
peta. Ratio aũt cur pro re debita:non dentur hęc remedia,petitoriũ aut
poſſeſſoriũ,ea mihi videtur eſſe,quòd perſona debitoris tñ ſit obligata
in quam cum ſit libera,nõ cadit dominiũ neq; poſſeſsio,ex quibus hæc
17 iudicia trahũt originẽ, † Si quis fortaſſe dicat, quòd ad pſonalem præ-
ſtationem põt remediũ poſſeſſorium intẽtari, vt potè ſi quis vendiderit
penſionem,& nõ ſoluat, emptor petit ſe in poſſeſsione pcipiendi pẽſio-
nem manuteneri,idq; diebus ſingulis ſeruari cõſtat, pro quo videt̃ tex.
in.c.querelã de elect.i antiq.vbi vide Panor.i.iij.not. faciũt quę notant̃
in.c.peruenit extra de cenſ. Reſpondeo poſſeſſoriũ inſtitui poſſe reme-
diũ pro his pẽſionibus, verum tñ non ſunt præſtationes merè pſonales,
quoniam promittuntur & aſsignantur ſup rebus ipſius debitoris, quo
fit,vt reale ius pro his cõſtituat̃, nẽpe ius ypothece, aut ſeruitus quædã
innomiata ſecũdum Ioã.fab.in.§.æque.inſti.de actio.cuius opinio To
loſæ ſeruatur,nec exigitur diſcuſſio,quæ in ſimplici ypotheca eſſet ne-
ceſſaria auctẽ hoc ſi debitor,C. de pigno. Non eſt diſſimulandũ etiam
quo[d] Anth.de but.i.d.c.quęrelã tenuerit pro cenſu annuo etiam merè
perſonali ſtatum poſſeſſorij poſſe locum habere,quod tamen cæteri re
fellunt.&(vt mea fert opinio)bene locũtur,vide moderniores poſt Cy.
in.l.ſi certis annis.C.de pact. ¶ Cõtra noſtrã cõcluſionẽ prouectus rur
ſus moueretur, quòd pro re debita petitoriũ intẽtetur,quoniã rem peti
poſſe liquet per rubr.ff.ſi cert.petatur.l.non ſolum. §.ſi mihi de vſuc.l.

iij.§ item quæri. de reb.eorum.ſ. Dicendum tamen arbitror, etiam ſi
res petatur.non poſſe recte iudicium petitorium vocari,quoniam pe-
titio proprie actio realis eſſe dicitur.l.actio.ſ.de actio.& obiga.l.pecu
niæ.§. petitionis.ſ.de verb.ſigni. Inſuper petitorium eſt correlatiuum
cũ poſſeſſorio Bal.in.l.cum res.C.de proba. Sic fit,† vt in ea re nõ re- 18
periatur remedium petitoriũ, in qua poſſeſſorium cadere non poſſit.
argu.l.fina.cum ibi nota.de indict.viduita.tollen.C.iſtud perpulchrè
defendit Bar.in.l.ij.ff.quorum bono.quẽ vide pro noſtra hac.iij. con-
cluſione. Non diffiteor tamen quin ratione rei debitæ quæ creditori
ſoluta ſit,poſſit iudicium aut petitoriũ aut poſſeſſoriũ intẽtari. Et eñ
tunc dominiũ eius rei ad creditorem peruenisſet,ſic de ſua,non ſibi de
bita contenderet. Puto etiam quòd intentata perſonali actione, ad rẽ
debitam,quàm debitor dolo poſſidere deſiſſet,reſtitutorium iudiciũ
prodeſſet.c.paſtoralis.de cauſa poſſeſ. & proprie,extat pro hoc deciſ.
cappel.Toloſa.lx.Colligi igitur poteſt,ad rem debitam alicui,eũ non
poſſe remedio petitorio aut poſſeſſorio vti. Quomodo autẽ † ea per- 19
ſonalis actio inſtituatur breuibus (quòd nos ad aliud vocet huius .§.
materia)ſic habetote. ¶ Creditor citato debitore.l.j.& per totũ tit.de
in ius vocan.§.fina.inſti.de pena temera.litigant tradet petitionem in
ſcriptis auctẽ.offeratur.C. de litis conteſta. in qua propoſita præfa-
tione inſerendi ſunt articuli continentes clarum factum ex quo oria-
tur obligatio efficax.nec neceſſarium eſt hodie actionis nomen inſere
re.c.dilecti filij de iudic.& oẽs exprimantur articuli qui ſunt neceſſa
rij ad inferendam concluſionẽ.l.neq; natales. C.de proba.l.ob hoc.C.
vnde cogna.& in eiſdem articulis conſignetur res illa de qua contẽdi
tur.l.ſi in rem.ff,de rei vindica.c.ſignificantibus.de libel.obla.l.formà
ff.de ſenſib.Concludatur poſtea.debitorem debere condẽnari ad dan
dum & ſoluendum rẽ debitam.d.§.ſic itaq;.Porrecto itaq; libello qui
hanc actoris intentionem exprimat.l.edita actio.C.de edendo.petere
debet,q; deffenſor reſpondeat affirmatiue aut negatiue.Quod ſi debi
tor totũ confitetur,iudicis,partes ſunt ſententiam precepti fere.l. ſi de
bitori.ſ.de iudic. Diffinitiue enim reus condẽnari non poteſt ob defe
ctum litis cõteſta.per rubr.vt lite nõ cõteſt. extra.Nec † eñ vnq; fate- 20
bor conteſtationẽ fieri poſſe,niſi per cõtradictionẽ defenſoris. Quòd
eñ pluribus locis glo. ſẽtiunt litem conteſtari poſſe per cõfeſsionem,
id ſuſpicor intelligẽdũ de cõfeſsione articulorũ in libello contentorũ,
atqui concluſionem cõtrariam in lite conteſtanda eſſe quidem opor-
tet.Quis eñ dicat litis cõteſtationẽ fieri: creditore hoc modo agente,

Mutuani tibi cẽtum quę non ſoluiſti, cõcludo te condemnari debere
ad ſoluẽdũ cẽtum. Si defenſor dicat, fateor te mihi mutuo dediſſe cen
tũ, quæ non exſolui. concludo ꝙ debeo condẽnari, certè omnino cecu
tiens & reſupinus, imo verò hoc caſu iudex ei ſic confitenti dilationẽ
breuẽ ad ſoluendum aſſignare debet. d. l. ſi debitori. Conteſtatione ſic
ꝑ contrariã concluſionem facta, Admittitur creditor ad probandum
ſuã intentionẽ per aliquam probationum ſpeciẽ, nẽpe per inſtrumen
ta, teſtes, confeſſionem, iuramenti delationem, quę ſpecies per pulchre
declarantur per Lanfrã de oria. in notab. & ſingulari Repetit. c. quo-
niam contra falſam extra de proba. per modernos in. l. admonendi. §.
de iure iurã. Nec putes in hac perſonali actione curandum de dandis
deffenſionibus, replicis, & duplicis, quæ tamen in remedio petitorio,
vt dices infra, requiruntur. Sed fundata intentione creditoris, reus ſu-
as producat deffenſiones, qui † in eiſdem, partibus actoris defunge-
21 tur, vt ſcilicet eaſdem articulet, eaq; facta inſerat, quæ concludant ne-
ceſſario ad elidendam actoris intentionẽ eiſq; factis conteſtatis. Re-
us iſte probet ſuam editam exceptionem. l. j. C. de proba. l. j. ff. de ex-
ceptio. Receptis hincinde probationibus, videãt litigantes, ſint ne ꝓ-
ducti teſtes, aut producta inſtrã. quibus cõtra dicẽdum fuerit, & cõfe
ctis inqueſtis obiectus cõtra teſtes añ publicationẽ tradantur ſimul
& ſaluationes reſpectiue, impugnenturq;, ſi partibus videatur, inſtrã.
22 Poſt hæc renunciato & concluſo in cauſa hoc eſt, † dum partes dixe-
rũt ſeſe nihil aliud dicere, deducere, aut producere velle, glo. in. §. quia
vero multi in auctẽ. de teſtib. coll. vij. glo. in. c. cum dilectus. de fide in
ſtru. in antiq. Ponatur cauſa ad conſilium quæ tandẽ diffinitiua ſentẽ
tia terminetur, vt ex actis iudici faciendum videbitur. Sed ſatis ſit, de
hac acttione perſonali.

¶ Alterum mẽbrũ erat, qñ pro re noſtra ab alio detenta experiri volu
23 mus, in quo fieri debet quarta cõcluſio. † Ad rẽ noſtrã, ideſt cuius do
minium habemus, quã alius aut poſſidet aut detinet, perſequendam,
proditum eſt remedium petitoriũ, aut poſſeſſoriũ prout quiſq; ex ani-
mi ſententia volet, negotijq; poſtulabit natura. De hac quarta cõclu-
ſione fiet à nobis in noſtra hac repetitione multus ſermo, vt quicquid
in poſterum dicetur. hinc pendere videatur.

SECVNDA PRAEFATIO.

DECLARANDA ſunt hac ſecũda prefatione duo iſta
remedia petitoriũ, & poſſeſſoriũ. Et in primis verbũ † iſtud (re

mediũ)ineptiſſimũ quibuſdã videtur,quo vt dicunt,iure cõſultus nec alius qui vocũ proprietatẽ calleat, eſt vſq; vſus. Ego his pertinacibus nominũ diſputationẽ relinquẽdã arbitror vſus Cice.auctoritate, quẽ citat glo.rubricaria.§.ſolu.mat. Et mihi ſatis eſſe puto,q vel doctores legũ iterpretes paſſim illo verb.vti,quòd ſi nõ eis ſufficiat, eorũ aucto ritas,habes tex.qui hoc verb.(remediũ)vtitur in cle.paſtoralis. i prin. de re iudi.tex.in.l.fi.ad prin.C.de iure domi.imperrã.tex.in.§.igitur. in fi.in prohœ.inſti.tex in.l negantes.C.de actio.& obli. Et ſi cauilen tur ſummũ põti.aut Impatorẽ nõ fuiſſe vſos opera latinorũ virorũ,ca ueãt ſibi et putẽt quales eis videãtur fuiſſe Romani illi nouẽ iuriſcõ. de quib.in prin.C. Sicq; hi vocularũ irriſores nõ plus ſe illis ſapere ar bitrẽtur.Cõuincenturq; ſaltẽ iurecõſultorũ auctoritate, hoc etẽm ver bo(remediũ)vſus eſt iurecõſ.in.l.j.§.fi.ad turpil.tex.in.l.in fideicõmiſ ſi.§.cum pollidius.de vſur.tex.in.l.mutianę.ff.de cõdi.& demõſ. tex. in.l j.ad prin.ff.de vẽtre inſpi.tex. in.l.rẽ hereditariã de euicti.tex. in.l. diuus.in fi.de reſtit.in integrũ. ¶ Hoc etiã verbũ(petitoriũ) à iurecõſ. eſt vſurpatũ in.l.qui petitorio.ff.de rei vẽdi. noĩe poſſeſſorij vſum eſſe iurecõſul.teſtatur tex.in.l.quoties.ij.de ſeruitu.tit.gña. vtrũq; etiã fre quẽtiſſimũ eſt apud cano.legis peritos.p tex.in.c. cũ ſup.c. cũ dilect⁹. de cauſa poſ.& ꝓpriet.¶ Itaq; in his duobus iudicijs diligẽtiſſimè in- inſiſtẽdũ eſt.vñ ſcilicet originẽ trahant,quò etiam tendere videantur, quod declarari iuris ſtudentibus valde neceſſariũ eſſe video.Docto. enim hic precipuè moderniores quaſdã adferunt traditiones plerũq; inutiles,quæ ſolum valent ad terendum cerebrum modico aut verius nullo cum effectu.Idq; arbitror eis cõtigiſſe,quòd licet permultos iu- riſprudentiæ verſarint authores, in exercitio tamen eius, quàm pra- xim vocamus,diu multumq; non laborarent. Et nulla mihi eſſe vide- tur iuris materia,quæ hominem practicum magis expetat, quàm hęc materia petitorij & poſſeſſorij. Nos autem & theoricæ & practicę ſu mus ſolum amatores,& in vtraq; decẽ annos cõtriuimus. Quòd eñ ex forenſibus occupationibus tẽpus ſuffurari poteramus. Id omne in iurium interpretationẽ ad vtilitatem auditorum Florentiſſimæ Vni- uerſitatis noſtræ Tholoſanæ conuertebamus.

¶ Remediũ petitoriũ eſt, quo agẽs de dñio cõtẽdit. hoc eſt de re ipſa rõne dominij.glo notab.i.l.j.C.vbi in rẽ actio exerce.deb.in verb.vẽ dicante,quod appellatur actio realis,veluti reiuendicatio pro reb. cor poralibus. §.oĩm inſti.de actio. Alber.hic in diuiſiõe lrę. Pro reb⁹ verò icorpali⁹ actio.cõfeſſoria vł negatoria.l.ij §.li.ſcr.vẽ.§.ęque iſt.õ act.

b ij

2 Oritur † igitur pro rebus corporalib⁹ hoc remediũ petitoriũ ex domi nio,quod eſt primũ extremũ in actore requiſitũ. l. in rem & toto titu. ſupra de rei.vendi.vel quaſi dominiũ vt.l.j.ß. de publi. in rem actio.§. ſed iſte inſt.de actio.Et prout variũ multiplexq; dominiũ eſſe in ſequẽ tibus delaratur, multiplex etiam realis actio eſt, variatũ etiã petitoriũ remediũ eſſe neceſſariũ eſt. Si etenim & directã realẽ,& vtilem ponas petitorium directũ & vtile reperire oportet,in hac tñ multiplici ſpecie petitorij nõ eſt magna vtilitas,quãdoquidem vbicũq; actio realis, & inſtãtia hęc petitoria inter aliquos introducitur,à literarũ impetratio ne ſumit exordiũ,quæ vocãtur literæ præcepti,alio noĩe literę de deſi ſtat,& harũ nomẽ ſumptũ eſt ab effectu huius iudicij petitorij,(quod alij proprietariũ dicunt.c.fi.de iud.in antiq.)nam fit preceptũ reo poſ ſeſſori,aut alias rem cõtenciosam tenenti, vt deſinat poſsidere,poſſeſ ſionemq; vacuam deſerat. Pro rebus verò incorporalibus remediũ pe titoriũ naſcitur ex iure,vt potè ſeruitutis,quod quis habet in re cõten cioſa.d.§.æque cum ibi notatis.¶ Vt autem ad iſtud remediũ petito riũ inſtituendũ faciliorẽ habeatis aditũ, quædã hic obiter dicenda cẽ

3 ſui,†quibus forma procedẽdi ſit non prorſus incognita. Primo igitur loco,qui rem ſuam vendicare velit,vocato detentore apud iudicem cõ petentem actionis ſuæ libellũ ædat.l.ædita actio.C. de eden.auct.offe ratur.C. de litis cõteſta. In eodem libello narrãs primo actionis illius extremũ,ſcilicet dominiũ,vel quaſi,vel ius in re,vt dicebã.ß.inſuper in eadem petitione ſecundũ extremũ inſerere nõ omittat, nẽpe quòd ad uerſarius rem,de qua cõtenditur,poſsideat.l.j.C. de alienatio qd mu tum cauſa fact.l.qui petitorio ß.de rei vendic. aut eam quoquomodo

4 teneat,occupetue.l.officiũ.ff.de rei vendi.Conſignare † etiã debes, & ſpecificare rẽ illã.l.ſi in rem.ß.de rei vẽdic.l.forma.ff. de cẽſib. in prin ci.c.ſignificãte.de libelli;obla.quæ res ſi mobilis ſit,exhiberi eã neceſ ſe eſt.l.j.& tot.tit.ß.ad exhibẽ.l.ad rem mobilem.ß.de procura. Si im mobilis,limites illius,quas cõfrontationes dicunt,ſunt exprimendi.d. l.forma. Concludaturq; actorẽ declarari debere dominũ aut ſe ius in re habere, ſecundũ naturã actionis inſtitutæ.l. & ex diuerſo.§.j. de rei vendic.l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur.ß. ſi ſeruitus vẽd. Defenſorem quoq; condemnari,cõdemnatũq; cõpelli ad rem illã reſtituendã deferendũq; poſſeſsionẽ illius vacuã. Defenſor q fortaſſe maluerit litigare quàm liti cedere,eam petitionem diligenter perſpiciet,ſuaſq; defenſiones & exceptiones dabit,quibus actoris intento elidi poſſe videatur. Actor rurſus replicas,defẽſor duplicas.§.j.iſtit.de replica.l.ij.ff.de exceptio.

Hæc forma in hoc iudicio proprietatis iudicibus ſeruãda eſt, alioqui
ſecundũ ordinationes regias proceſſus nullius momẽti eſſet. Eſt pre-
terea ſciendũ † partes ad triplicas, quadruplicas, progredi non poſſe. 5
tametſi iura ſcripta ꝑmittunt, ſcilicet in illo titulo de replica. Ordina-
tionibus tñ & merito, ius reſcriptũ reſtringi debuit, quo quædam infi-
nitas inducebatur alioqui prohibita. l. j. ad princi. C. de ſent. quæ pro
eo quod intereſt. c. cũ in multis de reſcrip. in. vj. precipue apud noſtra-
tes quorũ multoties tãta ꝑtinacia eſt, vt proceſſus in infinitũ protrahe-
retur. His peractis cauſa ad conſiliũ poni debet, quòdq; partes q̄cunq;
velint documentorũ genera edere, producere iubeantur. Siquidẽ poſ-
ſit iudex ex ſcripturis, aut documẽtis hinc inde ꝓductis plenè de iure
partium cognoſcere, calculo finitiuo negotiũ huiuſmodi terminabit,
Sin verò partes litigantes contraria facta poſuiſſe videantur, interlo-
quendo pronunciabit partes in earum factis contrarias, quæ probent
infra dilationem cõpetentem. Et ſi tãdem receptis probationibus nõ
poſsit de iurib⁹ partiũ liquere, Arbitrabitur iudex, an res contencioſa
oculis ſubijciẽda ſit. l. ſi irruptione. §. ad officiũ. ff. finum reg. ſit ne eius
rei figura cõficienda. §. finali inſt. de grad. cogna. quod practici vocãt,
facere vehutam & figuram. Iſtud ſanè ad verũ iudiciũ de re dubia fe-
rendum. maxime prodeſt, (modo de vehuta & figura coram comiſſa-
rio partes ambę cõueniant,) Nam ſenſus viſus cæteris hominum ſen-
ſibus perfectior rei cognitionem magis inducit quod in noſtra arbo.
concinnatione probauimus. Peractiſq; oĩbus iudicij partibus, quæ † 6
colliguntur per glo. magiſtrã in. l. prolatã. C. de ſenten. ꝑ tex in. c. qm̃
cõtra falſam extra de ꝓbatio. Cauſa, ſemotis partiũ aduocatis. l. pro-
ximè ff. de his quæ in teſta. debent̃, in deliberationem poſita. l. ij. C. de
ſenten. ex pericul. recita. Iudex diligentiſſime iura partiũ ſciſcitari de-
bet. l. iudices. C. de iud. Et abſq; perſonarum acceptatione. c. nouit. de
iudi. extra, ſtaterã iuſticiæ ꝑferẽs nullo vel fauore vel odio nullo deniq;
precio aut amore. c. quatuor modis cum ſequen. xj. q. iij. ſentenciam
conficiet, quam, partibus aut earũ procuratoribus preſentibus, aut le-
gitime vocatis. l. de vnoquoq; ff. de re iudi. in ſcriptis pronũciabit. l. iij.
C. de ſentẽ. experi. recitã. Hęc longeq; plura perfacile eſt his intellige-
re, qui in iure vel praxi ſunt initiati, proderint ipſa tamen nouis practi-
cantibus. Ex ſuperioribus conſtat eum, qui remedium petitoriũ pro
rebus corporalibus inſtituit, ad poſſeſſionem rei contẽtioſæ habendã
cõtẽdere, quod apertius docet, text. in. l. qui reſtituere ibi ab eo poſſeſ-
ſio transferatur. ff. de rei vend. Quid enim vtilitatis actor habet etiam

ſi dominus declaretur, defenſor tamen rem ſecum perpetuo teneat quomodo actor ea vtetur. Quo fit, vt iudicium vtrũq; poſſeſſorium videatur, quod permulti faterentur, cum principaliter & in extremo effectu de poſſeſſione conſequenda diſputetur. Ex his tamen fatendum nõ puto vtrumq; poſſeſſorium dici debere, nec eſt verum quòd per actionem realem ad poſſeſſionem agatur. Sed ſolum ad declarationem dominij, reiq; reſtitutionem. Quæ quidem reſtitutio non petitur fieri, quòd actor vſq; poſſederit, non etiam ad poſſeſſionem concluditur, ſed ad proprietatem rei, vt ſcilicet actor dominus eius rei declaretur. d.l. & ex diuerſo. §.j. de rei vendi. ℥. aut ius actori competere, ſi ad hoc actio nata fuerit. d.l. ſicuti. §. ſed ſi q̃ratur. Nec obeſt. quod dicebatur poſſeſſionẽ ſcilicet ĩ effectu cõſiderari, qm̃ poſſeſſio hæc ex ſententia, in hoc iudicio ferenda nõ adiudicatur, ſed dum executioni demandatur, rei contenſioſæ officio iudicis poſſeſſio transfertur. d.l. qui reſtituere, pro qua poſſeſſione remedium confirmandæ ſiue conſeruandæ ꝓponetur. Reſultat igitur ex his quinta concluſio. ¶ Per remedium petitorium de dominio contẽditur, ſiue de proprietate rei aut de iure quod in rem, quis ſe contendit habere, concluditurq; actorem dominum rei declarari, aut actori ius reale competere.

7 ¶ Poſſeſſoriũ † iudicium Sexta concluſione declarari poteſt, vt id eiuſmodi dicatur, quando de rei poſſeſſione controuertitur inter litigantes, quis ſcilicet ea poſſeſſione frui & gaudere debeat. l. is qui deſtinauit. ℥. de rei vend. §.j. §. retinendæ. inſti. de interd. l. officium de rei vendi. glo. rubrica. ſ. de interdict. quodquidem poſſeſſorium remediũ quomodo diuidatur & quis cuiuſq; ſpeciei ſit effectus, ex dicẽdis in iiij præfatione colligere potes. Eſt tamen ante om̃ia neceſſarium intelligere quoſdam terminos, quorũ ignoratione reliquũ materiæ noſtræ difficillimũ eſſet poſſeſſoriiq; remedij natura obſcurior foret, Ideoq; ſequentem præfationem diligenter adnotabis.

TERTIA PRÆFATIO.

HABES TRES TERMINOS, qui declaratione egeant dominium, proprietas, poſſeſſio. Ad declarationem dominij per pauca huc adferam, quòd ſpecialem tractatũ egerimus in. l. clauibus. de cõtra. empt. ℥. vbi ſex articulis quicquid in domino deſideretur, collegimus. Inter cætera † declarata dominij definitione, poſui eiuſdẽ diui

ſionem per plura membra, probauiq́ duplex dominium reperiri, directum & vtile, quod poſt Bar. ſequitur Alex. ab Imol. in. d. l. ſi quis vi. §. differentia. Iſtud etiam tenet hic Io. Rubeus. nu. lj. cõfutans opinionem ſui diſcipuli Claudij Marmerij dicentis cum antiquis quibuſdã vnicum eſſe dominiũ vt potè directum. Satius eſt igitur, imovero neceſſarium vtile dominium cõfiteri illudq́ triplex aſſignari. De quo in d. l. clauibus deo annuente videbis. Satis enim me facturum arbitror, ſi in preſentiarum quid inter dominium & proprietatem diſcriminis fuerit, noueris. Deinde parpauca de poſſeſſione dicantur.

¶ Inter dominiũ ergo & proprietatem differentiam eſſe probat text. in. l. ſi procurator. ij. . ti. j. tex. in. l. proprietatis. C. de proba. tex. in. l. ſi tibi vſumfructum. ff. quẽadmodũ vſuſfructus amitta. ¶ Prima differentia deprehẽditur ex varijs finitionibus. l. j. C. de iure emphi. Dominiũ, ſi Bar. & alijs cõiter credamus, ſic eſt definiendũ, vt ſit ius de re aliqua pfecte diſponẽdi niſi à lege ꝓhibeatur, ita inqt in. l. ſi quis vi. §. differentia. ꝑ eo. illiuſq́ diffinitionis particulæ ordine declarãtur, cuius veritatẽ nos examinauimus. in d. l. clauibus. Proprietas autẽ non eſt ius ſed res ipſa de qua dominus diſponere valet. ¶ Secũda differẽtia, Proprietas nõ cõplectitur vſumfructũ, imo ab eo differt vt pars integralis à reliqua. Etenim in rebus, quæ in hoim commercio eſſe ſolent. Due ſunt partes, proprietas. ſcilicet & vſuſfructus, modo formalis, modo cauſalis. l. iiij. ff. de vſufruct. l. recte dicimus. de verb. ſigni. ff. Bar. in. l. qui vſumfructum de verbo. obliga. quæ ſimul ſub dominio contineri videntur, vt declarat Paul. caſtren. in. d. l. proprietatis. C. de proba. vbi ait in vſufructu dominium reperiri. l. qui vſumfructum. §. ſi vſufruc. peta. ¶ Tertia differentia, quoniam proprietas diſtinguitur per plenã & nudam. Plena dicitur quando dominus rei vtilitatem. ex ea percipit l. femine in fine, C. de ſecund. nup. Sed nuda eſt quando dominus vſumfructum nõ habet. l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. titius de verbo. obliga. tex. eſt in. §. j. & . §. fiñ. inſti. de vſufruc. Fateor quoſdam ex repetentibus voluiſſe proprietatem in dubio pro nuda ſumi, ad quod glo. in. l. ſi procurator. §. titu. j. Verumtamẽ illud verum arbitror ſi de proprietate fiat mẽtio, vbi etiam de vſufructu, alioqui pro plena etiã ſupponere cenſet Fabius hic. nuñ. xj. cui aſſentior. Atqui dominium hãc diſtinctionẽ minime recipit, vt vnũ ſit plenũ alterũ nudũ. Imo verò vbicumq́ dominium habes, ibi plenum eſt, Si totius fundi ſis dominus, plenũ dñium, ſi ſolã proprietatẽ habes plenũ eſt ꝓprietatis dñiũ l. fructus. de rei vẽdi. ibi ſi nudę proprietatis dñs. l. ſi dñs. §. de vſufruc.

Si quis deniq; ſolum vſũfructũ habet,vſuſfructus plene dominus eſt, d.l.qui vſumfructũ,ff.ſi vſuſfr.petatur, De his rebus enim is plene diſponere põt,ſecundum naturã rei,declarat Bar.in.d.l.qui vſumfructũ ff.de verbo.oblig.& Paul.etiam idẽ velle videtur in.d.l. proprietatis. ¶ Quarta, q̃m dominiũ ineſt perſonæ illius ad quem res pertinet;at proprietas ineſſe videtur rei, aut potius ea ipſa res eſt, etiam ſi nullius ſit.§.littora.inſtit.de rerũ diui.Hanc differentiam ponit Ioã.fab. in.§. omiũ.nu.xxj.inſti.de actio.quẽ Iaſ.hic.nu.xiij. dicit nihil boni in effectu dicere. Arbitror tamẽ Io.fab. apertiorem differentiã poſuiſſe, quã quæ ab Iaſo.ſubiungitur. Vult enim Io.fab.quòd licet dominium & proprietas maxime conueniant, & de ſignificato materiali pro eodẽ ſupponant,cõnotatio tamen longè diuerſa ſit,quoniã proprietas non denotat.quòd res ſit alicuius, dominiũ autẽ dici minime poteſt; quin res ipſa alterius fuerit,quod veriſſimũ eſſe puto. ¶ Quinta differentia quã ponit Iaſ.ibi vt dominium ſit terminus magis latus,comprehendatq;, quodcũq; ſiue directũ ſiue vtile,declarat Bar.in.l.ſi qs vi.§.differentia.ff.eo. Sed proprietas ſolũmodo pro directo dominio ſumat et vero,quod (inquit)ex vocabuli alluſione conſtare videtur,proprietas enim dicitur quòd propriè tua ſit. Accedat quod voluit Bal.in.l.cum res ad finẽ nu.xij.C.de proba.nomen proprietatis ſcilicet eſſe directũ & non obliquari.Idem Bal.in.l. penul.C.ſi nõ cõpetẽ.iudi.ait ſignificatiõnẽ ꝓprietatis eſſe magis nudã & ſtrictã quã dominij, Subſequitur ergo ꝙ † emphiteota,ſupficiarius,vaſſallus, proprietatem nõ

2 habeant,licet vtile dominiũ eos habere nõ ſit obſcurum,l.poſſeſſores de fund.patrimo.lib.xj,l.eos.l.ſi quis exitu.de diuer.predijs.lib.xj. Quo fit vt magna ſit inter moderniores altercatio. An petẽs proprietatem fundi,& probans ſibi dominiũ vtile cõpetere, debeat obtinere?quod Bal.negat in.l.ij.ff.de condi.inſti. hæc opinio videtur ſatis corroborata.ex prędictis, quã ſequitur Alex.in.d.l.ſi quis vi.§.differentia.ff.eo. in quã Iaſ.hic deſcẽdere videtur. Cõtrarium tamen puto verius, licet

3 enim proprietas nõ proprie dominio vtili cõueniat, pro deffendẽdo † tamen libello verborum improprietas tolleratur.l. ſi quis intentione ambigua.ff.de iudic.l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero.ff. de iureiurã.ff.vbi Iaſ.hanc partẽ probat,hanc Alex.tenet in.l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dã.infec. Tenet hanc Io. Rubeus hic. Qua in re arbitror profecto nõ eſſe torquẽdũ animũ veſtrum,quoniã tot ponũtur hodie in libello clauſulæ nulla,vt eſſe poſſit dubitatio, quod & Sozi. & Fabio placuiſſe mihi videtur. ¶ Cõtra ſuperiores differẽtias † ad

duci poſſunt per multi text. qui probant nihil differentiæ reperiri. ¶ Primo tex. in. c. j. de cau. poſſeſ. & propriet. Ibi tam momẽti quàm proprietatis, per proprietatẽ dominium intelligitur, vt ibi Panor. not. in. ij. notabili. ¶ Secundo, tex. in. l. j. §. huius autẽ. ff. vti poſſidetis, dum ait Vlpianus, quòd ſeparata debet eſſe poſſeſſio à proprietate fieri eñ poteſt, vt alter poſſeſſor ſit, dominꝰ nõ ſit, vide verbũ proprietatis pro dñio ſumi. ¶ Tertio, text. in. l. ſi quis conductionis. titu. C. locati, vbi ĩpator ait prius poſſeſſionẽ reſtituendã, & tunc de proprietate litigãdũ, proprietas pro dominio ſanè capitur, ſic ponit Bar. in. l. locorum. C. de omni agro. deſert. lib. xi. ¶ Quarto, tex. in. l. et an. eandẽ. §. fi. de excep. rei iud. ff. ibi, qm̃ in interdicto poſſeſſio. In hac actione proprietas vertitur. facit tex. in. §. noſtro. nihil cõe habet proprietas &c.

¶ Quinto, auctoritas gloſſę adduci poteſt in. l. ſi procurator, quę exponit dominiũ, de pleno & proprietatẽ de nuda, quaſi velit ſi tex. de plena proprietate loqueretur, idem eſſe dominiũ & proprietatẽ, glo. ſimilis in. l. proprietatis. C. de proba. vbi exponit tranſitiuã pro intrãſitiua proprietatis dominium. i. dominium quod eſt proprietas.

¶ Sed nec per has quinq; oppoſitiones puto recedẽdum ab horũ terminorũ differẽtijs. Põt eñ ad oẽs iſtas obiectiones eodẽ modo reſpõderi, ꝙ iura ſcilicet allegata nõ dicant dominium eſſe proprietatẽ, ſed probãt ſolum appellatione ꝓprietatis intelligi dominiũ, precipuè vbi verbum proprietatis ſimul cũ verbo poſſeſſionis ſcribitur, ſicut etiam aſſumitur pro nuda ſubſtantia rei, qñ cum vſufructu accipitur, ex cõiunctione enim verborũ plerũq; verba ad varias ſignificationes trahũtur. l. j. ff. de reb. dub. l. ſi quis ſeruũ. §. fi. ff. de lega. j. Si verbum proprietas ſimul aſſumitur cũ dominio capietur proprie, quicquid glo. voluerunt. ¶ Aduertendũ † tñ in noſtra materia, & ꝗ̃trum ptinet ad noſtra duo remedia perſequendi, proprietatem & dominiũ cõfundi, vt vnũ pro reliquo ſepiſſime capiatur, vt probant quinq; fundamenta ſtatim adducta. Sic fit. vt parum vtilitatis ſit laturus ex his quæ doct. hic tãtopere perſequũtur, verũtamẽ quod alibi hæc tibi ſeruire poſſunt noslui has terminorum differentias omittere. 5

¶ Supereſt de poſſeſſione, tria pquirere † cõpendioſè vnũ quot modis accipiatur. Alterũ quomodo definiatur. Vltimum quibus mẽbris diſtribuatur. Omittam, de induſtria quo iure ſit poſſeſſio inuenta aut qualiter acquiratur, amittatur ue hæc enim permulta aq; alia non oĩno aliena ponuntur per glo. Bart. & moderniores in. l. j. ff. eod. hic tamen. §. alia doce mihi videtur egere. ¶ Poſſeſſio varijs modis in iure no= 6

c

ſtro ſumitur. vno improprijſſimè ꝓprietate .l. interdũ.de verb.ſig.
l.ij.de proba.l.j.C.de rerum ꝯmut.l.magis puto.§.itẽ pretor.ff.de reb.
eorũ.l.ſi de vi.ff.de iudic.c. poſſeſſiones.de reb.eccleſ.non alienand.l.
cum res.C.de contrahend.emptio. Sicut enim dominium pro poſſeſ
ſione plerumqꝫ ponitur.l.quoties.C.de rei vendi.l.ſi finita.§.iulianus
7 ff.de dãno infec.ita † etiã poſſeſsio pro dñio vt dixi qua tãdem acce-
ptione debemus vti, ſi de mente diſponentis conſtet. Ideoqꝫ ſi alicui
legetur poſſeſſio ſita in tali territorio, poſſeſſionem pro dominio &
corpore rei ſumi perſpicuum eſt,potiſſimum quòd hæc poſſeſſionis
ſignificatio non omnino à vulgi cõſuetudine abeſſe videatur hoc au-
tem legato ſic relicto an mobilia contineantur,vide Bar.in.l. vxorẽ.
§.legauerat.l.ff.de lega.iij.& moderniores.in.l.j.ſ.eo. Vides ergo poſ
ſeſſionem multoties pro rebus ipſis poſſeſſis capi.& vide ĩ qua diſpo
ſitiõe accipiatur,quia termini ſecundum ſubiectã materiam ſint acci
piendi.l.ſi vno.ff.locati.debentqꝫ verba ſeruire intentioni,non intẽtio
verbis.c.intelligẽtia.extra de verb.ſigni.vbi pulchra glo.in verb. rei.
¶ Secundo poſſeſſio accipitur improprie pro vſu iurium incorpora-
8 lium.† qui dicitur quaſi poſſeſſio.tex.notab.in.l.iij.§.fina. de vi & vi
arma.ibi,qui vſuſfructus propria enim in rebus incorporalibus poſ-
ſeſſio non reperitur,quòd non poſſideantur.l. ſequitur.§.ſi viam.ff. de
vſufruc.l.iij.in princip.ſ.eod.notat glo.magna.in.§.j.de reb. corp . in
verb.quedam. ¶ Vides ergo reperiri poſſeſſionem & quaſi poſſeſsio
nem. Reperitur etiam dominium & quaſi dominiũ.glo.in.§. omniũ.
inſti.de actio.& ibi per Ange.Iaſ.& Gomeſ.Habes etiam proprieta-
tẽ & quaſi ꝓprietatẽ.c.fi.de iudi.in antiq.glo.i.l.ij.§.quędam.ff.de in
terdic. Quòd autem hæc quaſi poſſeſſio vocetur ſimpliciter poſſeſſio
eſt tex.in.l.qui vſumfructum ibi qui poſſeſſionem dũ taxat vſuſfru-
ctus.ff.ſi vſuſfruc.pet. tex.in.l. quotiens.ij. de ſeruitu.tit.generali.l. ſi
ædes.§.fina.de ſeruitu.vrbano.predio. ¶ Hęc ſecunda acceptio, Pri-
mo vtilis eſſe intelligitur,ꝙ ſi poſſeſſionem ſeruitutis aut alterius me
iuris habere contendam:non repellar probata quaſi poſſeſsione,[hoc
eſt vſu illius iuris,pro tuendo enim & conſeruando libello terminorũ
improprietates tollerantur,vt ſupra dixi quibus adde Bar.in.l.ſi olei
C.de loca.in.l.inſulam.ff.de preſcrip.verb.

¶ Preterea commoda eſt ſecunda hæc acceptio poſſeſſionis vt in[...]
9 ras ex ea † remedium poſſeſſorium competere poſse. d.l. quoties .ij.
de ſeruitut. Bart.in.l.iij.§. vnde vi.ff. de vi & vi arma. Antho. de but.
in.c.fina.de cauſa poſſeſ.quem reffert Frãciſ. de Rip. ibi in rubri. nu.

xxv. Tu pro hac notabili deciſione .ſcilicet quòd ex quaſi poſſeſsiõe
incorporalium remedium poſſeſsorium oriatur vide glo.notabi.in.l.
ſi quis in tantam.in.ij.queſtione.C.vnde vi.Bar.in.l.j.in prin.nume.
iiij.&.v.ff.vti poſſide. tex.in.c.licet cauſam.extra de probat. Sumas
exempla de quibus locutus ſum in princi.prime præfationis.§.
Quid aũt ſit quaſi poſſeſſio,quodq; ſit eius ſubiectum, vide per Bar.
in.d.l.iij.§.vñ vi.de vi & vi arma.p Bal.in rubric.de cau.poſ.nu.v.&
ibi per Franciſ.de Rip.& in.c.j.Satis enim eſt hoc loco hanc nos ſe-
cundam acceptionem poſſeſsionis dixiſſe.
¶ Tertio aſsumitur poſſeſsio abuſiue pro vſu,pro detentione & cu-
ſtodia rei.d.l.iij.in fine.§ eodẽ.l.ex conducto.ff. de loca.l. cõmuni.§.
neq;.ff.cõi diuid. ¶ Quarto accipitur proprie prout reperitur in re-
bus corporalibus,in quàm ſignificationem hoc titulo iura eam vſur-
pare videntur ex qua cum maxime remedia noſtra poſſeſsoria naſcã-
tur.illius ſubſtantiam non ignorare decet.
¶ Conſequens eſt igitur finitionem poſſeſsionis breuiter exponere,
† in qua docto.noſtri mirandum immodum titubarunt,vt quiſq; pro 10
ſuo ſenſu ſuam definitionem adferat. ¶ Primo ſecundũ Ioã.gloſsato
rem.Poſſeſsio eſt ius quoddam rem detinendi ſibi. ¶ Secũdo, vt per
Azo.eſt ius quoddam quo quis rem corporalem vere vel interpreta-
tiue ſibi habet. ¶ Tertio ſecundum Accur.eſt corporalis rei retentio
corporis & animi iuris adminiculo concurrente. Tres iſtæ finitiones
ponuntur in glo.j.§.eodẽ.l.j. ¶ Quarto igitur ex ſententia Iacobi de
Rauenna.Poſſeſsio definitur eſſe ius quæſitum ex corporali rei apre
henſione, corpore, animo, & iuris adminiculo concurrente,quæ non
eſt multum diſsimilis precedentibus.
¶ Quintum definitionem ponebat Iacob. de Arenis, eſt ius(inquit)
inſiſtendi rei proueniẽs ex vera vel interpretatiua aprehenſione cum
effectu poſſidendi rei non prohibitæ poſsideri vacantis vel à poſſeſſo
re traditæ animo poſſidendi.Guill.de cuneo.& Cy.in.l.licet.C.eodẽ.
has definitiones citant,eas Barr. refert in.d.l.j.§.eodẽ. Iſtarum tamen
nulla placet Bar.idcirco ſuam ipſe ſibi fingit quę ſequitur.
¶ Sexta definitio Barr.fuit huiuſmodi, Poſſeſſio eſt ius inſiſtendi rei
non prohibitę poſſideri.cuius particulas ibi Bar.& pleriq; ex moder.
diligenter explicarũt, Nos hanc definitionẽ non putamus recte tra-
ditam ideoq; nec ſingula illius verba perſequẽda duxi. ¶ Septimã po
nit Ang.in.l.j.§.eodẽ.vt ſit ſimplex ius inſiſtendi rei aptum natum ad
acquiſitionem dominij,& omnium eorum quæ ſequuntur ex eo,

¶ Octaua eſt,Io.ab Imo.ibi,eſt (inquit)poſſeſsio ius inſiſtẽdi rei aptũ natum producere interdictũ recuperandæ. ¶ Nonã ponit Io. Berberius in.iiij.parte ſui viatorij,vt poſſeſſio dicatur inſiſtẽtia rei cauſa poſſidẽdi facta. ¶ Decima eſt,definitio Alciati noſtri,quã dicit in.l. quinq pedum.C.cõi diuid. fuiſſe modeſtini. Poſſeſſio eſt vſus rei aprehẽſæ à iure ſeparatus.Cuius ſingula verba ibi elegãter explicat,iuribuſq permultis probat.Solent aliæ definitiones per modernos paſſim cõfingi vt quatuordecim Franciſ. de Rip.ſe inueniſſe teſtetur in.d.rub. de cauſa poſ.Alciat⁹ vero quindecim traditas fuiſſe cõmemorat, quarũ maiorẽ partẽ retuli, partẽ eñ reliquas ſi lubeat ipſe videto. Ex hac definitionũ multiplicitate puto nemini nõ pſuaſum fore, quantũ fuerit & antiquiorum & recentiorũ varia ſententia. vt verũ ſit Accur. dictũ in.l.ſtipulatio iſta.§.hæc quoq.ff.de verb.oblig.in verb.ſtipuletur. Poſſeſſionẽ(inquit)diffinire periti ſſimi non audent,tãtũ abeſt,vt à ruſticis poſſeſſionis finitio petenda ſit.Ego ſummam varietatis iſtius in pauca contraham,qm̃ hic inſiſtere non eſt ocij noſtri. ¶ Principio,negari non põt vnius definiti non poſſe plures finitiones dari quę nõ cõ
11 uertantur inter ſe,quandoquidẽ bona definitio † cum ſuo definito cõuertibilis eſſe debet.l.j.§.dolũ.ff.de dolo.glo.in.l.nihil.in.l.fi.ff.de verbo.ſigni.glo.in rub.de ſumma tri.vna ideoq finitione contẽti eſſe debemus. ¶ Deinde oẽs definitiones quæ poſſeſsionẽ eſſe ius affirmant his medijs reprobari poſſunt,quibus poſſeſsio facti eſſe oſtendetur & nõ iuris.Qua in re vehemẽter demiror,quòd Bar.in.l.j. ratiõe iſta Io. & Azo.definitiones opugnarit, ipſe nihilominus ſua finitione in idipſum inciderit,ſic fit, vt definitionẽ impugnes ipſe ſuam. ¶ Inſuper definitio Alcia.noſtri ſolidæ doctrinę iuriſcõ.mihi non omnino placet,dum poſſeſſionẽ eſſe dicit vſum rei aprehenſę à iure nõ ſeparatũ, non enim explicare videtur naturam definiti,quòd ſcilicet non eſſentiam,ſed effectũ potius poſſeſſionis ponat. Quis etiam nõ videt,commẽdatarium aut cõductorẽ vſum rei habere,quos poſſidere nemo dixerit.l.officium.de rei vẽd.l.non ſolũ.§.item hic.ff.de vſucap. quos nõ poſſis dicere nomine alieno rebus illis vti,vſus enim ille ad propriam vtentium vtilitatẽ fit.Nec iuuat,etiã ſi dixeris eos nõ vti iure dominij qm̃ poſſeſſionẽ diceres ex dominio tum pendere,quæ tamẽ cũ dominio nihil cõe habet.vt hic tex.ait.Plerũq etenim poſſeſſor eſt qui dominiũ non habet,nec ſe habere putat,vt vſufructuarius.l. noſtra naturaliter in prin.Inſuper abſentes & dormiẽtes poſſidere nemo negabit l.clam poſſidere.§.qui ad nundinas.ẽ.eo.l.nũq.§.ſi ſeruus.ff.de vſuca.

qui rē poſſeſſa vtuntur minime. Quòd ſi quis dicat definitiones apti-
tudinē dicere, ideo ſatis eſſe ſi vſum hi ipſi in habitu ſaltim habuerint.
Ego ob idipſum tuarum ſum poſſeſſor rerū, quibus vti aptus eſſe mi-
hi videor. ¶ Quarto loco putaui conſiderationes nouas Sozi. in. l. rē
que nobis. & Franciſ. de Rip qui illū ſequitur in rub. de cauſa poſ. &
proprie. minus huic loco conſentaneas eſſe, vt ſcilicet poſſeſſio qn̄q3
inſpiciatur prout ineſſe producitur, aliquando prout ineſſe conſerua-
tur, qn̄q3 vero prout ad eſſe deducta retinetur. Iſtud enim quicquàm
vtilitatis habet, ſi poſſeſſionis effectus contēpleris. At vbi de cogno-
ſcenda ſubſtantia & eſſentia poſſeſſionis in ſuo genere nobis agendū
eſt, varias cōſiderationes fieri non poſſe ſuſpicor. Nec eīn ſi varijs mo
dis hominē cōſideres, ſubſtantiam eius immutabis, minuſq3 hominis
definitum multiplex eſſe dices. ¶ Vt ergo explicem quę ſequamur,
aut noua nobis finitio adferenda, aut antiquorū aliqua ſequenda eſt,
Nouā ferre non puto facilimū, quòd antiqui definire nō fuerint auſi.
¶ Verūtamen quia mihi cęteris plus placet definitio Accur. quæ ver
bis pugnare videtur cum finitione Alcia. effectu tamē non valde mi-
hi videtur abſimilis, vterq3 eīn dicit poſſeſſionē eſſe q̄d facti. Accur. † 12
ait poſſeſſionē eſſe corpalis rei retētionē corpis & animi iuris admini-
culo cōcurrēte Alcia. eā eē vſū rei aprehēſæ &c. Ille iuris adminiculū
regrit, hic vſum dicit à iure ſeparatū, quod ipſe tandem interp̄tatur, vt
poſſeſſio neq3 dominū neq3 ſeruitus ſit. Ego ex his duabus, paucis im-
mutatis ſic definiēdā arbitror. Poſſeſſio eſt † corporalis rei aīo aut cor 13
pore aut vtroq3 facta tentio iuris adminiculo concurrente. Ad hāc de
finitionem omnia, quę vera finitio poſtulat, accedere mihi videntur.
Et in primis verbū tentio ſiue detentio ponit̄ loco generis, quòd ſatis
p̄ſuadet tex. i. l. iij. §. ecōtrario. ſ. eo. dum inquit, plures eandem rem in
ſolidū poſſidere nō poſſunt contra naturā quippe eſt, vt cum aliquid
ego teneam tu quoq3 id tenere videaris, tex. in. l. j. in prin. ibi, quia natu
raliter tenetur. ſ. eo. Idem tex. in. §. adipiſcimur. d. l. j. ibi. quia affectio-
nem tenendi non habent. hinc tractum eſt gallicanum verbū manute
nētia, de qua dicitur in. v. præfatione. Hanc detentionē arbitror Alci.
noſtrū vocare vſum rei aprehenſæ, qui vſus profecto rectius accōmo-
datur rebus incorporalibus quæ ſolum quaſi poſſidentur. & ſua fini-
tio perbelle quaſi poſſeſſioni competeret, paucis additis & mutatis.
Habes ergo quid loco generis ponatur nempe verbū detētio, quoniā
omnis poſſeſſio eſt tentio ſed non contra. d. §. adipiſcimur. ibi ſicut ſi
quis dormienti aliquid in manu ponat, text. in. l. poſſeſſio quoq3. in fi.

prin.ibi rē peculiarē tenere &c.vnde alia quę ſubſequūtur ponunt̃ loco differentiæ. Dicitur ergo in definitione rei corporalis vt quaſi poſſeſſionē rerum incorporalium ſecludēns quæ non poſſidentur vt.ſ.diximus. Item dicitur detētio facta animo aut corpore vt comprehendat naturalem quę fit corpore, & ſolam ciuilem quæ animo, vt infra dicetur. Et ĩ hoc noſtra finitio ab accurſiana differt qui corpus & animum copulatiue ponebat neceſsarium, quod ex diuiſione.ſ.liquebit. Deinde dicitur aut vtroq̧ propter vtrãq̧, quàm permulti ĩ rebus ſuis habent. Vltimo dicitur iuris adminiculo concurrente, quæ verba ponunt differentiã inter nudã detentionem & noſtrã poſſeſſionē. Detentio enim nuda nullo iuris adminiculo fulcitur, vt ex ea aliquis iuris effectus reſultet. Vnde ſequitur conductorē cõmodatarium depoſitariũ procuratorē ſibi nullo pacto poſſidere.l.officiũ.de rei vendi. Idem de eo qui mittitur ex primo decreto.l.iij.in fi.de acquiren.poſ.licet hi vſum rei habeãt vt.ſ.dixi. Subſequit̃, res que in hominũ cõmercio nõ

14 ſunt, etiam ſi teneãtur, nõ poſſideri. Preterea conſtat intruſionē † poſſeſſionem nõ eſſe.c.nihil eſt.& per Bal.ibi de elec.in antiq.glo.prag. ſanct.in tit.de paciffi.poſ.in princi. Fel.in.c.in.noſtra.in.ij.corollario. de reſcrip.extra. Violẽta etiam & clãdeſtina tentio poſſeſsio proprie dici minime poteſt, ꝙ ius nihil roboris ei adferat.d.l.iiij. in fine .. eodē l.clã poſſidere.§.fiñ. Poſtremo ſequitur poſſeſſionē eſſe qd facti, quod tñ iuuatur à iure & ex ea poſſeſsione etiã ꝑmulta iura pluresq̧ vtilitates naſcũtur, vt ex iuribus ſequẽtibus probabit̃. Hæc ſentẽtia ꝙ poſſeſſio ſit quid facti nõ eſt cõis.quã tñ multi tenēt. Bal.i.l.fi.in prin.C. de edic.diui Adria.tol. Pet.de beſut. Roma.puteus Alci. quibus ego aſſentior, nõ recederē tñ à cõi opinione, niſi viderē pro hac meliores rationes. Veritas enim me plus mouet quàm auctoritas doct. Impera

15 tor etiã maxime probat † ſequẽdã eſſe vel vnius opinionem ſi melio re fulciatur fundamento.in.l.j.§.ſed neq̧.C.de vete.iure enucleã. Panor.in.c.j.ad finem de cõſtit.ex tex.& ibi glo.in.c.j.de his q̃ fiũt à maiꝑte.cap. Diſcutiamus ergo huius articuli fundamẽta hincinde. ¶ Pro noſtra opinione ꝙ poſſeſsio ſit facti adduco in primis tex.in.l.j.§.adipiſcimur.ibi eã rē em̃ facti nõ iuris eſſe. ¶ Et rurſus in.§.ſi vir.ibi qm̃ res facti infirmari iure ciuili nõ poteſt. ¶ Tertio tex.in.l.poſſeſsionē. ibi quod em̃ facti eſt poteſt amittere. ¶ Quarto tex.formalis in.l.j.§. ſceuola.ſ.ſi quis teſta.liber.eſſe iuſſ.fue.ibi quia poſſeſsionem hereditas non habet, quæ facti eſt, relatiuum quę non poteſt ad hereditatem referri cum hereditas ſit ius vniuerſum.l.nihil aliud.ff.de verb.ſignifi.

¶ Quinto adducitur vrgentiſsima ratio fictio iuris poſtliminij aut le-
gis Cor.confirmat ea.que iuris ſunt non ea quæ facti.l. cum heredes.
§.j.ff. eod. §. ſi ab hoſtibus. inſti.qui.mo. ius patriæ pote.ſoluit. Atqui
poſſeſsio & vſucapio captiuitate interrupta his fictionibus non iuua-
tur.l.deniq.§.quib. ex cauſ.maior. tex.in.l. ſi is qui emptore.ff.de vſu-
cap.ergo id in more mihi poſitum eſt,vt ſi tex. aliquis qui ad rem ma-
xime pertineat,adducatur,ſuper quo precipue contrariã viderim do-
ctorum ſententiam,noſtram in mediũ adferre non verear, Idcirco † q̃ 16
illa.l.ſi is qui pro emptore in hoc quinto noſtro fũdamento fuerit ad-
ducta, omneſq; huc illam.l. adferant, quid nobis de illa videatur pro-
ponere auſim, Quę varijs modis tum ab antiquis tum à moderniori-
bus eſt interpretata vt nec gloſſatores ſibi cõſtare intelligantur doct.
etiam veluti Bar.Paul.caſtren.Iaſ.Alciat. & alij p̃multa in eam rem
ſubtiliter attulerunt circa verſi.quòd ſi ſeruus vſq; ad. §. ſi ſeruus que
Attamen nec hijpſi mentem iuriſcon.mihi intellexiſſe videntur. No-
lim tamen putes me huc confutationis rationes adducturum,quòd a-
liò noſtra nos vocet oratio. Sat.enim puto me facturum ſi quę noſtra
fuerit ad illam.l.interpretatio,noueris,Idcirco neceſſe habes priore lo-
co intelligere quęnam fuit Marcel. ſentẽtia,quenam deinde eius ver-
ba.In quo gloſſe illius.l. & doctores non diligenter cogitarunt, dum
alij dicunt, & hæc eſt cõmunior,in fine literæ legendum (locum non
habere vſucapionem) negatiue, verba tamen eſſe Iuliani, alij putant
legendum eſſe(locum habere vſucapionem)affirmatiuè,vt Alcia.qui
ait ſe in antiquo libro ita reperiſſe, Angel. tamen peruſinus teſte etiã
Paul.caſtren.dicit ſe reperiſſe piſis literam negatiuam. Ego in primis
in hoc doctorum conflictu & alijs permultis † arbitror ſemperq; ſum 17
arbitratus,temerarium eſſe,quod ex aliquo tex. deuiatur aliqua quæ
ademptio ſenſuum cõmunniter receptum interuertat,niſi id ex aucto-
ritate legum conditoris faciat, alioqui facile futurum eſt,vnumquęq;
pro ſuo capite leges conſtituere verba conditarũ legum inuertendo.
Iſtud etiam multoties oſtendi in noſtra repetitione.l. in quartam quæ
ſuperiore anno. in manus veſtras exiuit. Hoc igitur loco affirmo le-
gendam eſſe literam negatiue (locum non habere vſucapionem) eſſe
tamen verba Marcel.per Paul.iureconſultum relata. Mens Marcel-
li eſt, quòd fictio iuris poſtliminij aut legis Corneliæ nunquam vſu-
capionem iuuent. Immo vero interrumpatur poſſeſsio & vſucapio
captiuitate poſsidentis, etiam captiuitate domini eius qui rem tene-
bat, & hanc mentem Marcel. nunquam predicti doctores nouerunt,

quòd tamen ea fuerit ſupponendū eſt. Pau.iurecō.in ea.l. ſi is qui pro emptore, Tripho.in illa.l.i bello.§.factæ.ff. de cap.in eam ſententiam, fuiſſe, vt ſcilicet eius, qui ſuo corpore poſſidens & aīo captus ab hoſtibus eſt, poſſeſſio & vſucapio interrupta ſit, quibus etiā conſentiebat Papi.in.l.deniq;.ff.ex quib.cau.maio. & Iabol.in.l.cum hæredes.§.j.ff.hoc tit.nec hoc ſiquidem caſu vbi poſſeſſio facti plurimū habet allegatur varia iureconſultorū Iuliani & Marcelli ſententia. Cum verò quis ab hoſtibus captus domi ſeruū reliquerit, qui iam ex dñica pecunia, aut dño capto ex peculio à nō dño fundū emerat. Contraria Marcelli & Iuliani citatur opinio ꝑ Pau.iurecōſ.in ea.l. ſi is. & ꝑ Tripho. in.d.l.in bello, in quo tamen fuerit horum cōtrarietas docto.noſtri nō plane nouerunt, putāt enim Iulianū voluiſſe ſolum ſeruo ex cauſa peculiari poſſidente (qui ſanè tum poſſidere dicitur.l.penult.de capti.) vſucapionē procedere Marcellum vero latius fictionē extendiſſe, vt ſcilicet etiam in cauſa non peculiari eadem procederet vſucapio & fictione iuuaretur, in quo pace eorum dixerim vehemēter decipiūtur. Quinimo Marcel.ſententiā affirmo fuiſſe, vt nullo quidē caſu per fictionem iuuetur vſucapio. Quod luculenter apparet ex illo.§. factæ. l. i bello. Marcellus (inquit tripho.) ſcribit nihil intereſſe, an ipſe vſucapiens poſſediſſet an ſubiecta ei perſona, Atqui eo poſsidente vno omniū cōſenſu nihil fictionis profuit, vt ex prin.l.ſi is qui.pro emptore.ergo. Quòd ſi quis fortaſſe dicat in ea.l. ſi is. qui contrarium decidi ibi Marcel.poſſe plenius.&c. Dico verbum plenius exponendum ideſt exactius & ſubtilius, vt ſcilicet nunq; fictio proſit, quod deinde Marcel.vſq; ad finē.§.oſtēdere conatur. Adducēs rationē quēadmodū enim poſtliminio reuerſus plus iuris habere poteſt in his que ſerui egerunt.ſupple ex cauſa peculiari quàm.&c. Et reſpōdēs tacite obiectioni, verſ.cōcludit negatiue locū nō habere vſucapionē. Rationes tamen Marcel.nō valēt, quia ſeruus nō erat inter manus hoſtiū. Ideo Iuliani ſententia probatur, vt dicitur in.d.§.factę. Hanc Marcel.opinionē recte intellexiſſe mihi videtur glo.in.d.§.facte.in verb.perſona. & ſi in principio titubare velit, ea tandē (vt mea quidem fert opinio.) veriſſimā reſolutionem explicat, cuius doctrina ſola in farragine.d.l. ſi is qui pro emptore venit explicanda, quacū omnia ſibi conſtare videntur, ſed hactenus de ea.l.ſi is qui pro emptore. ¶ Superioribus rationibus ego quoq; adducor, vt putem poſſeſſionem facti eſſe, & in facto conſiſtere, vt de cōtractibus dici ſolet.l. conſilio.ad finē.ff. de cura furio, non placet mihi doctorū ratio que pro noſtra hac ſententia ad

ducitur, dum dicunt poſſeſſionem acquiri, retinerico animo & corpore, animũ autem facti eſſe.l.bonefidei.§.j ff.tit.j.Iſtud ſanè omnino impertinens eſſe puto.Nã tex.ibi id non probat nec verum minuſcp conſequens eſſe põt, vt ſcilicet animũ hois, aut corpus qd facti eſſe dicamus, quomodo dices animum hominis aut corpus incertũ, quale factũ eſſe nõ dubitatur? Quid ſit animus, quid denicp corpus ad phiſic. pertinet, nos ergo animum noſtrum necp factum necp ius mea (quidẽ ſententia) recte vocamus.

¶ Ad contrariam partem, quòd ſcilicet poſſeſſio iuris ſit, cõmunior eſt opinio gloſſatorum, lubet, aut liceat etiam mihi † gloſſatores vocare non gloſularios, quo tamen verbo aliqui moderni vtuntur, vt antiquis illis iurium interpretibus detrahant, nomencp eorum diminuere queant & poſſint auditorũ aĩos à glo. noſtris abalienare. At gloſſas contempnant iſti licet pexi doctores antiquorũcp obtrectatores. Ego ſanè nuncp comittã, vt apud me maximi nominis non ſint, eoſcp non modo non gloſſularios, ſed iurium defenſores predico libenter, ſempercp fatebor, qui tot vigilijs iura noſtra illuſtrarunt, iſtos omitto, qui poſtquàm paulũ vltra legum corticem progreſſi falſam ſibi iuriſprudentie perſuaſionem induerũt, veteres fideleſcp iuris interpretes contẽpnunt. Sed vt ad propoſitum redeamus gloſſarum cõis opi. eſt, quas Bar. Pau. caſtren. Alex. Iaſ. complureſcp recẽtiores ſequũtur vt poſſeſsio iuris ſit non facti. Iſtos eſt immitatus Franciſ. de Rip. in rub. de cau. poſſ. extra qui rationes Barr. Alex. & Iaſ. in l. j ff. eod. colligens † ſequentia fundamenta breuiter adducit. Et in primis eſt tex. in.l.peregre ibi ius poſſeſſionis.ff.eodem. ¶ Secundo tex in.l.non eo minus.C.de liberali cauſ.ibi conceſſum poſſeſſeſſionis ius. ¶ Tertio adducitur tex.in.l. ſi ea res, de actio.empti.ibi qui primus ius poſſeſſionis aprehendit. ¶ Quarto, tex in.l. homo liber.§. fina. iuncta glo. ff.tit.j.ibi excepto eo quod ius eſt. ¶ Quinto.tex.in.l.poſſeſsio quocp ibi & plurimum ex iure poſſeſsio mutuetur, & paulopoſt in eadem.l. ibi quia poſſeſsio non tantũ corporis ſed etiam iuris eſt. ¶ Sexto, tex. in.l.nemo ambigit. ibi aliam que in iure conſiſtit & rurſus in fine ſup iure poſſeſsionis. ¶ Septimo adducitur, tex.in.l.cum heredes, vbi inquit, tex.oĩa iura ad heredes tranſire excepta poſſeſsione, ergo poſſeſſio eſt ius. Nã exceptio debet eſſe de regula.l.quod ſiqde.§.fiñ.de peñ. lega. ¶ Octauo adducitur quòd poſſeſsio non cadit in ſeruum.l. ſtipulatio iſta.§.hæc quocp.ff. de verb.oblig. ergo poſſeſsio eſt ius.l. quod attinet.ff.de reg.iur. ¶ Nono, allego tex.in.l.ſi quis ad ſe fundũ.C.de

18 (margin, beside "gloſſatores vocare"); 19 (margin, beside "ligens † ſequentia")

vi.publi.ibi iura poſſeſsiōis. ¶ Decio, facit tex.in.l.q̄ pignoris ibi pᵒ iuris.ꝑ.eo.ti. ¶ Vndecio,tex.i.l.ſtipulatio.§.ſi qs forte.ff.de verb.obli. ¶ Duodecimo,tex.in.l.incōuentionalibus.§.j.ff.de verb.obli. ibi nō nudū factū hęc ſtipulatio &c. Permulta alia poſsēt ſimilia ꝓponi qui bus poſſeſsionē eſſe iuris ꝓbare qs poſſe videret. ¶ Sed nec his iuri bus video ꝓbatū poſſeſsionē eſse iuris & nō facti,Imo verò aliqua ex his argumētis noſtrā priorē iuuant ſententiā. Ideo ea in cōmunē retor queri poſse,dū ad ea reſpōderim,oſtendā. ¶ Primo igitur dum.l.pere gre dicit ius poſſeſsionis, iuriſcōſultus.non probat ꝑ illā trāſitiuā(ius poſſeſsionis)ſubſtantiā poſſeſsionis,eſse ius. Sed ex ea ius oriri vt di citur de ſtipulatione.l.ſi vnus.§. pactus ne peteret.ff.de pacct. ¶ Ad ſecundū. Ad tertiū. Ad ſextū.de illa.l.nemo.in fi. Ad nonum de illa.l. ſi quis ad ſe fundū. eodē quoq; modo reſpondebis,vt ſcilicet hęc ora tio ius poſſeſsionis ſignificet poſſeſsionē non eſse ius.vt in ſimili dici tur in.l.ij.C. de ꝓbatio. ibi proprietatis dn̄ium per quē tex. permulti recte ꝓbant dominiū à proprietate differre. Sic fit,vt ſuperiora ſtatim reſumpta fundamēta pro noſtra prima opiniōe in cōem torqueātur. ¶ Ad quartū,in quo citabatur tex.in.l.homo liber.iūcta glo.ille tex. nullam quidē poſſeſsionis mentionē facit, imo verò ius illud de quo tex.ibi loquitur ꝓ vſucapione ſuponit,vt poſtea tex.declarat, quęqui dē vſucapio † ius eſse dicitur,ſecundū Ioā.and.in regula poſſeſsor.de reg.iu.in.vj.quē ſequūtur Panor.& Fell.in rub. de preſcriptio.eiuſq; iuris poſſeſsio cauſſa eſt, ſicut aľs. multoties ex facto ius oritur.l. in cliuo.§.j.ff.ad.l.acquiliā.Item ex cōtractu oritur obligatio. Vides er go quā perperā.d.l.homo liber citetur. Qua in re mirari ſoleo quotū dā vicem, qui iura falſo citare non erubeſcunt nihil ad ꝓpoſitum fa ciētia,quod ſummopere velim te cauere,tibi enim eſſet nihil citare me lius,nec tibi perſuadeas vnq̄ vanas allegationes falſas preſertim,eſ ſe recipiēdas. ¶ Ad quintū,illa lex poſſeſsio in verb.plurimum ex iu re &c. tm̄ abeſt quòd contra noſtrā pugnet concluſionē,vt eā ſanè ꝓ bare videatur,poſſeſsio mutuatur ex eo q̄ eſt ius,ante igitur q̄ ius mu tuo reciperet,erat poſſeſsio,ſic fit vt ſubſtātia poſſeſsiōis.in iure nō cō ſiſtat, licet ius ei multū opituletur,vt definiendo dixi. Illa autē lex poſ ſeſsio i.ij.verſ.ibi,q a poſſeſsio nō tm̄ corpis ſed etiā iuris eſt: maximè videtur aduerſari. Poſſeſsionē tm̄ iuris eſse ait iurecō. ibi. hoc eſt à iu re vim habere quòd probatur ex verbo corporis,nec putes hanc tran ſitiuam iuris eſse reſoluendam per intranſitiuā ius eſse, Nam eodem modo dices poſſeſsionem eſse corporis,ideſt corpus,quòd illi nō con

cedunt, mens ergo illius tex. eſt, ꝙ ſicut corpus requiritur in ea. quęrē da. ita ius neceſsariū eſse, vt robur, & effectū habeat. Ideo ī definitiōe dicitur iuris adminiculo cōcurrēte. Eſt verū vnā poſſeſsionem magis egere iuris auxilio, ꝙ aliā, Vñ doct. † poſt glo. triplicē ponūt poſſeſsio 21
nē. in. l. deniꝗ. ff. ex quib. cau. maiores glo. in. l. j. C. eo. Iaſ. plene in. l. ſi is qui perēptore. in prin. ſ. tit. j. canoniſte habent glo. notab. in. c. cum noſtris. extra de cōceſ. prebē. ¶ Vna eſt q̄ habet multum iuris & parū facti. vt quā quis habet ex ſua perſona, ſerui aut filiiſfa. ex cauſa peculiari, quæ licet ſit facti quia eſt detentio illius rei per dominum aut patrem facta, ei tamen detentioni ius plurimum auxiliatur, vt etiam dominus ignorans detinere dicatur. & vſucapere, miniſterio tamen & adminiculo iuris. l. iij. §. ſaltus. ſ. eodē. l. peregre. §. quæſitum. ſ. eodem. l. labeo. ſ. tit. j. nec putent ipſi. c. propterea, inferri poſſe poſſeſsionem facti non eſse, ſi plus ſit iuris. Nam verbum, ius in hac diuiſione aſſumitur in alia ſignificatione, nempe pro iure quòd definitur in. l. j. ff. de iuſti. & iure. Ius verò † de quo ipſi loquuntur, accipitur aliter, ſcilicet in 22
eam ſignificationē qua actio dicitur ius. Item obligatio, ſeruitus, hereditas. §. j. inſti. de reb. corporalibus, & hæc iuris diuerſa acceptio non recte cōſiderata, fuit in cauſa quòd permulti iura dicentia poſſeſsionem eſse iuris perperam intellexerunt. Ideo eſt diligenter aduertēdū eſse variam iuris acceptionem. de qua in. l. penul. ff. de iuſti. & iure. tex. in. l. in concedendo. de aqua plu. arcen. l. publius. §. fi. de condi. & demonſtra. & in rubri. C. de iure emphi. & aliis ſtatim. ſ. allegatis.

¶ Altera poſſeſsio eſt quæ habet plus facti quàm iuris. i. ius ipſum non multum detentioni auxiliatur, vt quæ corpore & animo alicuius quæritur, de qua in. l. j. in princip. l. iij. in princi. ſ. eodem. Concurrit tamen ius noſtrum ei tribuens effectus, licet non tanta à iure tum efficiantur quanta in primo membro, quia poſſidens & corpore ſuo & animo hic vtitur, ibi ſine ſuo facto iuris auxilio detinere vſucapere intelligitur.

¶ Tertia poſſeſsio eſt, quæ multum facti habet, multum etiam iuris qualis eſt quā ꝑ procuratorē aut perſonā nobis ſubditā quærimus ex cauſa tñ non peculiari, vt in. l. j. §. itē acquirimus. § ꝓcuratorē. l. poſſeſsio quoꝗ. §. j. inſtr. ti. l. j. C. eo. l. ij. ſ. ꝓ ſolut. ¶ Ad textū de. l. nemo. in pri. verū eſt vnā eſse poſſeſsionē q̄ i iure cōſiſtit hoc eſt ī qua plus iuris reqrit ſed ius aſſumit. vt i. l. j. de iuſti. & iu. & nō vt ipſi arbitrant vt i. §. j. de reb. corpo. inſti. & ſtatim dixi. ¶ Ad. vij. pfacilis eſt ſolutio. ſ. in. d. l. cū heredes iure cō. nō vtat exceptione, vt falſo quidā affirmāt

Imo vero dicit poſſeſsio aūt niſi &c.quæ coniunctio (autem) ſignifi-
cat poſſeſsionem quid diuerſum eſse à iure heteditario glo.in rub. de
iuris & fact.ignorā.glo.in.c.quęrelam. de ſimo. Quo fit, vt ea.l.cum
heredes in cōmunem vehementer vrgere videatur. ¶ Octauum fun-
damentum facilem diſsolutionem habet,nihil enim concludit, ſit ita
ſanè vt in ſeruum poſſeſsio non cadat,non idcirco conſequens eſt,poſ
ſeſsionem ius eſse. Non eſt enim iure cautum omne factū in ſeruo re-
periri,vbi preſertim in eo iuris adminiculum cōcurrere debet, vt in fa
ciendo teſtamento,in poſtulando,& pleriſq; alijs. ¶ Ad decimum de
illa.l.qui pignoris dicendum eſt vt in quinto fundamento verbum iu
ris aliter aſsumi quādo ipſi profiteantur. ¶ Ad vndecimū dico ibi ver
bū alio iure referri ad vſum vel vſumfructū de quibus immediate mē
tionem facit. ¶ Vltimum non obeſt,qm̄ tex.dicens promiſsorem poſ
ſeſsionis non teneri ad nudum factū,ſed cauſam bonorū,vult non ſo-
lum factum ideſt detentionē rei,quæ conſiſtit in facto, ſed cauſam bo
norum promitti,hoc eſt vtilitatē omnē & ille tex.etiā pro noſtra opi-
nione multum facit.Satis eſt defenſa noſtra hæc ſententia,quæ habet
poſſeſsionē non eſse ius ſed factū.de qua vide doct.in.d.l.j.ſ.eo.venio
ad tertiū. ¶ SVPEREST tertio loco ſubiūgere poſſeſsionis † diui
23 ſionē. Qui locus ſanè mihi dificilis ſemper viſus eſt, quòd antiqui in
ea re in varias ferantur ſentētias, quæ citantur per glo.in.l.j.in verbo
ait.ſ.eo.in.l.iij.in verbo corpore ſ.eo.glo.in.l.iij.in.l.licet.C.eod. Pri
ma eſt,Placē.& Azo.vt vna tantū ponenda ſit poſſeſsio,nēpe natura
lis.Secunda fuit,vt duo mēbra ponenda quidā arbitrent̄, quales ſunt
Iohan.Aldric.&Hugo.Tertia fuit opinio Bar.in.l.j.ſ.eo.vt tres repe
riantur poſſeſsionis ſpecies ciuilis,naturalis,& corporalis.Et ſi varia-
runt antiqui,moderni ſanè ſibi multominus conſtant.

¶ Primam opinionem,quæ vult nullam à naturali aliam poſſeſsionē
reperiri,tenuit glo.in.l.licet.C.eo.glo.i l.ſi vt certo.§.ſi duobus.ff.cō-
mod.eam probāt.Pet.de beſu.Iaco.put.in.l j.ſ.eo. eā defendere cona
tur.Franciſ.de Rip.in rub.de cau.poſ.& propri.nu.xviij. ¶ Et in pri
mis pro horum opinione videtur ſtringere text. in.l. iij.§. fina.ſ. eod.
ibi & in ſumma magis eſt.vt vnum genus ſit, genus autem nos ſpeciē
quę de pluribus differētibus numero predicatur,vocamus,glo. Bart.
& cæteri in.l.ij.§.j.ff.ſi cer.peta.§.plebiſcitum.inſt.de iure natur.gēti.
& ciui. ¶ Secūdo facit tex.in.l.j.§.ſiue aūt.ff.de vi & vi arma.vbi ei q
a poſſeſsione animo retenta expoliatur,cōpetit interdictum vnde vi,
quo poſſeſsionem,qua priuatus eſt,recuperat,non tamē dici poteſt re

ſuperaſse ciuilem ſolam remanente naturali penes expoliantē.l.j.C.
ſi per vim vel alio modo, ergo quę animo retinet, naturalis vocanda
eſt. Tertio, facit tex.in.l.qui bona.§.j.ꝟ.eodē.ibi qui animo & corpore
poſſeſsioni incumbēs. Pōdera verbum (poſſeſsioni) in ſingulari, quæ
igitur animo habetur, eadē eſt cum ea quę corpore. ❡ Quarto, qui po
nit differētiā inter ciuilem & naturalem, inuit ciuilem nulla corporis
parte quidem acquiri. alioqui naturalem eā dicemus, atqui eam ſic
quæſitam nullo modo poſſeſsionē eſse liquet, quòd poſſeſsio pedum
poſitio dicatur.l.j.ꝟ.eo. ❡ Quinto, is qui rei inſiſtit, ſi animū deſerat,
nullo modo poſſidet.l.iij.§.in amittenda ꝟ.eo.ſic fit vt poſſeſsio natu-
ralis animo perdatur, eam ideoq; animo etiam acquiri fatendum eſt.l.
quēadmodū.ꝟ.eo. An hæc fundamēta vrgeant omnino, dicetur per-
narratis aliorū rationibus. ❡ Secundā opinionē, vt duplicem habea-
mus poſſeſsionē naturalē. ſcilicet & ciuilem tenet glo. in.d.l.j. in ver
bo ait. & glo.in.l.iij.in princi.ꝟ.eo.hanc ſequūtur Bal. Pau. Alex.in.d.
l.j.ꝟ eo. & eſt cōis ſecundū Iaſo.ibi nu.lxx. Ad hanc cōmunem ſentē-
tiā † adduci poſſunt permulta iura. ❡ Primo tex.in.l.ij.§.quod vulg. 2
ibi, vt poſſeſsio non ſolū ciuilis ſed naturalis intelligitur. Et pondera
ciuilem primo loco poſitam coniungi per coniunctionē (ſed etiam,)
quo differētia & diuerſitas illorum membrorū poſſeſſionis oſtendit.
❡ Secundo tex.in.l.j.§.deijcit.ff. de vi & vi arma. ibi ſiue naturaliter
ſiue ciuiliter, & rurſus nam & naturalis poſſeſsio & pro ſuo quę eſt ci
uilis inducens vſucapionem. ❡ Tertio tex, multū expreſſus in.l.iij.§.
fi.ꝟ.ad exhibendū ibi non ſolum eum qui ciuiliter, ſed eum qui natu-
raliter incūbit poſſeſsioni: quid ſibi vellet vlpianus in his verbis, ſi nul
lam eſſe differentiam ciuilis & naturalis poſſeſſionis arbitrareris.
❡ Quarto eſt tex.in.l.clam poſſidere.§.qui ad nundinas.ꝟ.eo. vbi ab
ſens retinet poſſeſsionē & ingreſſus poſſeſſionem etiā habet. Duo au
tem eiuſdē rei poſſeſsionē eandē habere nō poſſūt.l. iij.§. ecōtrario.ꝟ.
eo. ❡ Quinto, tex.in.l.acquiritur.§.non ſolū.ꝟ.tit.j.vbi per poſſeſsio-
nē à ſeruo factā quæritur dominiū medio vſucapionis, quod cū non
naturali quæratur.d.l.acquiritur in fi. iuncta glo.ideo eſſe aliam poſ-
ſeſsionē, quę eā acquiſitionem operetur, oportet ſcilicet ciuilem. Ad
idē.tex.i.l.quod ſeruus.ꝟ.eo.ibi, quod ſeruus ciuiliter. ❡ Sexto ꝑ hac
opinione adducit Ioā. Rub.nu.xiiij. hic tex.in.l.iij.§.ex contrario.ꝟ.
eo.iuncta.l.ſi duo.ꝟ.vti poſſide.melior tex.in.l.nemo.C.eodem.
❡ Septimo facit ſecundū Io. Fabri.in.§. gallinarū quod diuerſa noīa
habeāt, ergo diuerſæ ſunt & diſtinctæ. ❡ Tertiā opinionē ſunt ſecuti

Ludo.rom̃.in.l.j.§.eo. Ange.in repe.l.ſi quis vi.§.differentia.ff.eo.qui
etiam non erant fundamentis deſtituti. ¶ Primo,tex.in.d.l.clam poſ-
ſidere.§.finali.qui mentionẽ facit de corporali. quã ab alijs duabus,ſi
cut noĩe differre ea nõ negatur,effectu etiam diuerſam eſse neceſſum
eſt.l.à nullo.C.de ferijs. ¶ Secũdo eſt tex.in.l.ſi id quòd.§.fi.ibi vt po
tior ſit illius corporalis poſſeſsio.ff.eo. ¶ Tertio,tex.in.l.ti. de fundis
patrimonia.li.xj.C.ibi vel corpalis.xl.ãnorũ iugis poſſeſsio poſſit ſuf
ficere. ¶ Quarto,tex.in.l.quod ſeruꝰ ibi ignorãti tibi nõ corpalẽ poſ-
ſeſsionẽ & rurſus ibi,qa qȯ iuſta cauſa corpaliter tenet.ff. eo. ¶ Quin
to,tex.i.c.quòd aũt ȯ iure patr.ibi poſſeſſionẽ tenuerit corporalẽ.tex.
in.c.cũ aliqbus extra de re iudi.ibi niſi corporali poſſeſſiõe letẽtur. Vi
25 derit † iuuenis auditor quot varietates,quot vndiq; pſuaſiones in nr̃o
iuris pelago repiantur,qbus intelligi põt maxime ambiguã eſſe diui-
ſionis noſtrę veritatẽ. Ego tñ hoc loco putarẽ mediã opinionẽ eſſe te-
nendã,quã plurimis audio firmari rõnibus,longe etiã plures doctorũ
auctoritates habet. Tertia opinio que fuit Bar. nõ ponit,vt ã.ij diffe-
rat niſi gr̃a cõmodioris doctrinę.prout ibi Bar.dicit.Et ſi em̃ pmulta
iura citentur de corpali poſſeſsione locuta.ea ſane oĩa exponi debere
puto.vt de naturali mẽtionẽ facere videãtur. Quod Bar. etiã placuit
in.d.l.j.de fund.patrim̃.nu.iij.lib.xj.C. vide eundẽ in cõſi.c.xcvj. Pri
me opinionis fundamẽta vel facilimè dilui poſſunt,ſi quis vel quicq̃
iuriſprudẽtię ppenderit.idcirco eis nõ reſpõdebo. Satis em̃ eſſe puto,
ſi recitatis opiniõibus quid mihi videat,explicẽ,etem̃ ad noſtri.§. ma
teriã eſt deſcendendũ. Quod ita demum fiet,ſi in noſtra hac diuiſione
duo mẽbra declarauerimꝰ,diuerſaſq; poſſeſsionũ ſpecies autverius ad
iectiones adferamus. Difficultas definiendorũ mẽbrorum nr̃e huius
diuiſiõis fuit in cauſa,ꝙ tanta fuerit in eadẽ diuiſiõe varietas. Finitio
nes tñ Bar.& aliorũ in.l.j.§. eo. illa duo mẽbra ſpecifice nõ diſtingũt.
ponuntur nãq; p effectus diſſimiles vt ciuilis pducat ciuiles effectus,
naturalis effectũ habet reſpectu naturaliũ acceſſionẽ, in quo parũ vi-
deo diſcriminis,ciuilis em̃ poſſeſsio eſt cauſa naturaliũ acceſsionũ niſi
aliud ipediat,preterea naturalis,effectus quoſdam habet ciuiles quos
nõ oportet hic narrare. Ad hęc definitiões q̃ dantur p effectus nõ reci
piũtur vel apud Bar.i.l.j.ff.de appel. Firmat etiã Deci.in rub.extra de
pba.idẽ pbat do.Gomeſ.hiſpanus mehercle doctiſſimus in.§.j. inſti.
de act. Ponẽde ſunt igit diffinitiões iſtorũ mẽbrorũ q̃ ſubſtãtiã differẽ
tẽ explicẽt, q̃s licet moderni nõ adferãt, ego oĩm minimus audeo ſic
definire. ¶ Naturalis poſſeſsio eſt rei p actũ corporeũ noĩe ſuo facta
detẽtio iuris adminiculo cõcurrẽte.l.nr̃a in prin. Dicit.j.p actũ corpis

vt in.l.j.in prin.ff.eo.vbi per pedũ poſitionẽ habetur hęc poſſeſsio.ad .idẽ tex.i.l.quod meo.§ ſi vẽditorẽ.ff. eo. Ideo appellat̃ etiã corpalis vt ff.diximꝰ. Et licet adſit etiã actus animi.l.j.§.i amittẽda.ſ.eo.l.pegre. §.fi.ff.eo. Denoiatio tñ ab aio tũ fieri non ſolet.ꝙ actus corpis facilius demõſtrat̃ p quẽ etiã aĩs dephẽdit̃, Inthima ẽm p mores cognoſcũtur exteriores glo.i.§.pauonũ.inſt.de rer.diu. Eſt tñ aduertendũ hũc actũ corpis qñq; fieri, p eũ ipſum poſſidẽtẽ.d.l.j.§. adipiſcimur, qñq; p aliã pſonã vt puta p filiũ aut ſeruũ ſciẽte poſſeſsore. d.l.j. §. acqrimus. Itẽ p colonos, inquilinos, ſeruos, ancillas, ſeruitores.l.ſi id quod.ff.eadẽ. In terdũ etiã p aliũ ignorãte poſſeſsore.vt.l.ſi me inuacuã.§.fi.ff.eo.l.j. C. eo. Et ex eo poſſeſsionẽ naturalẽ vnã, aliqñ iuris adminiculo magis ꝙ aliã.ſ. poſuimꝰ egere. Aduerte etiã hũc actũ corporeũ p traditionẽ fictã multoties exerceri, vt not.glo.mag.in.l.iij.in verb.aio.ſ.eo.decla rat̃ p Bal.& alios i.l.traditioibus.C.de pactis. Secũdo dicit̃ noĩe ſuo ad excludẽdã detẽtionẽ eorũ, qui p alijs detinẽt, vt ð colono, ſeruo, an cilla & filiibꝰ, ſtatim dicebamꝰ, ꝙs poſſidere iura negãt.l.iij.in fi.ſ.eo.l. fi.C.ð pſcri.lõ.tẽp. Verũtñ hi qñq; poſſeſsores i pprie vocãtur, ꝙ real'r teneãt, ſicut plerũq; hi q naturalit̃ & p actũ corporeũ poſſidẽt, dñr nõ poſsidere.ſ.ciuiliter.l.acqrit̃.§.fi.ſ.t.j. Dicit̃ vltio iuris adminiculo cõ currẽte hoc ẽ cauſa à iure pbata pcedẽte, ꝙ liceat alicui rẽ tenere & ipa cauſa appellat̃ tit.l.ſi qs cõductiõis.ti.C.loca.§.j.inſti. de vſuca.glo.j, i.l.peñ.C.depoſi.gl.i.c.dudũ.ij.in.verb.ĩtitulatã.extra de elec. has cau ſas ſiue hęc iuris adminicula habes.ff. tit. ſequẽtibus p emptore, p do= nato &c. Quibꝰ oñdit̃ detẽtionẽ rei ſine cauſa & tit. a lege pbato pa= rũ momẽti pſeferre.l.ij.§.j.ff.de diuerſ.& tẽp.pſcrip.iũcta.l.fi.C.vñ vi

¶ Ciuilis poſſeſsio † eſt rei aio ſolo facta tẽtio iuris adminiculo cõcur rẽte tex.in.l.clã poſsidere.§.qui ad nũdinas.&.l.ſequẽti.ff.eo. Declarat Bal. in rubr.de cauſa poſ.in.iiij.tex.& ibi bona gl.in.l.licet.C.eo. Iaſ. in.d.§.q ad nũdinas.nn.xxj. Sequit̃ dñium directũ alicuius fundi eius ciuilẽ poſſeſsorẽ eſse, quòd aĩm & volũtatẽ tm̃ in ea re habuerit, quã corpaliter emphiteota, ſup ficiarius, cõductor ppetuus habet. Subſe= quitur pprietatũ ciuiliter rẽ in qua pprietatẽ habet, poſsidere, & i in= tellectu, quod glo.i.l.iij.§.ecõtrario vocat poſsideri i enigmate. Hinc etiã arbitror colligi poſse rerũ incorporaliũ proprie ciuilem poſſeſsio nẽ haberi, ꝙ nullo actu corpeo iura teneri poſſunt.§.j. inſt.de reb.cor. & incorpor. Oppo.primo, nullus naturalem habet, cui & ciuilis non cõpetat, qa ſi corpore eã teneat aĩmꝰ ei defuiſſe non creditur. Secũdo vſufructuariꝰ emphiteota, & ſimiles aio nõ carẽt.ſ. Cogita diligẽter.

¶ Circa hęc duo mēbra hic permulta adduci poſſent. Et in primis an
acquiri poſſit ciuilis ſola ſine naturali, de quo vide Bar. & Alex. in. d.
l. clam. §. qui ad nundinas. ff. eo. & Iaſ. ibi nu. lx. Inſuper an creditor pi-
gnoris poſſeſsor ſit, & an naturalis, de quo vidēda glo. in l. ſciendū. §.
26 creditor. ff. ſi ſatiſd. cogā. glo. in. l. j. ff. de pigno. actio. tex. in. l. quod pi-
gnoris. ff. eo. Qui ſunt † effectus poſſeſsionis ciuilis, ponit Guid. pap.
q. ccc. lvj. vbi notabiliter explicat octo, quorū ſeptimus eſt vt habens
ciuilem propria auctoritate corporalem poſſeſsorē expellat; de quo
etiam per Iaſ. in. d. §. qui ad nundinas. nu. xxiij. Quod intelligo non
eſſe verum quādo extarent inhibitiones ſuperioris. l. pomponius. §. ſi
iuſſu. ff. eo. l. iuſtè poſſide. ff. eo. Intelligo etiam quando corporalis illa
omni iuris adminiculo careret, quę proprius occupatio vocāda vide-
tur, & abuſiue poſſeſſio. d. l. iij. in. fi. ff. eo. Puto etiam aliquē vti nō poſ-
ſe hac auctoritate propria, ſi ſe repelli poſſe ſuſpicetur, dubiūq; ſit, an
repulſam patiatur, ex qua ſcādalum aliquod ſub oriri poſſe videretur.
l. iij. C. de pigno. & . ff. in prima præfatione dixi. Poſſent hic complu-
res poſſeſsionis qualitates declarari, quarum ignoratio his, quæ ſub-
dicētur obeſse poſset. ¶ Aliqua ergo eſt poſſeſsio ciuiliſsima: quam
puto eſſe, quę abſq; aliquo hominis actu, ſed virtute legis, conſuetudi-
nis aut ſtatuti quæritur. l. raptores. verſ. eccleſia verò. C. de epi. & cle.
27 Exempla huius adducere potes in primis de conſuetudine † regni frā.
qua mortus ſaiſit viuū. De hac ciuiliſſima poſſeſsione noſtri citramō-
ta. ſcrib. paſſim ateſtantur. Io. fab. in. §. ſui heredes. inſti. de here. quali.
& differē. Idem in. §. ſumma. inſt. de interdict. Guil. bñdicti in verb. et
vxorem. fo. lxv. & in verb. mortuo itaq; ij. nu. lxxij. Bartho. chaſſa. in
tit. des ſucceſſiōs. §. j. Boerij in cōſuetudinibus Biturig. §. vj. de teſta.
Hanc cōſuetudinē gallicanā declarat. Pau. de caſt. in l. qui vniuerſas.
§. poſſeſsionē. ff. eodem. vt mortuus ſaiſiat viuū, hoc eſt poſſeſsio tranſ-
feratur in heredē eodē momento & eo actu quo dominium rerū here-
ditariarū. Vnde allucinant̄ ꝑ multi, qui in putāt filios aut alios heredes
prius poſſeſsores eſse, quàm dominiū quęſierint immiſſione aut adi-
tione & locūtur cōtra tex. expreſſū in. l. j. C. quo. bono. quod ego cla-
rè oſtendo in repetitione. l. ventre. ff. de acqui. hered. vbi fateor conti-
nuari poſſeſsionē intellectualē imo verius fictam, verùm niſi accepta-
tione hereditatis facta, dico conſuetudinem nihil operari. per illam. l.
j. C. quo. bono. Hanc preterea poſſeſsionē ciuiliſſimā etiam fideicom-
miſſarijs vniuerſalibus competere noſtri galli firmant, idq; ſeruari in
dies video, quod tamē ego in noſtris arboribus cōſanguinitatis intel-

nata de iudic.extra & ſic conſiliari poſſent iura & rationes in contra
rium adductæ. hactenus de beneficialibus.

¶ Supereſt nūc tractari quibus poſſeſsorijs remedijs ſit in rebus pro
phanis vtendū. pro quo intelligendo ſciendū in primis eſt, ex tribus
interdictis, quæ ſuperiori p̄fatione declarauimus nēpe adipiſcendæ,
retinendæ, & recuperandæ, primū non eſſe vllo pacto immutatum,
13 nec lex. regia vlla eſt in eius locū inuenta; cuius rationem † arbitror
eſſe, quòd illi⁹ interdicti adipiſcendæ vſus nō ſit valde frequens, Poſ-
ſeſsionem enim querimus multotiens extra iudiciū, plerunq; etiam
in iudicio remedio ciuili, vt de remedio.l.fina.C.de edic.diui Adria.
ſuperiore loco dixi. Alia verò duo interdicta mero iure pro retinēda
& recuperanda poſſeſsione intentabant, quæ tamen iamdudum ab
vſu deceſſerunt, & actione in factū vſū fuit.§.fina.inſti.de inter.l.in-
certi iuris in fine.C.de interd. Deinde etiam in eorum locū, quędā in
Francia leges regiæ ſucceſſerant, non dico leges regias quòd a rege
Franciæ fuerint ordinatę, quoniā ordinationes ipſius non ſolent iu-
ra ſcripta tollere, niſi cum vrgentiſsima ratione. glo.in.c.cōmunis fi-
lius.xxiij.diſtinc.in fina. Sed † dicebant leges regie hoc eſt regni cō-
19 ſuetudines, quę ſepe introducuntur, vt ſolennitas iuris ciuilis non ſit
neceſſaria. Vocabantur hæ leges & remedia poſſeſsoria querela no-
uitatis, ſtatutum querele de nouis diſſaiſinis, prima ſcilicet querimo-
nia nouitatis ſucceſſerat in locū interdicti retinēdæ.ij. lex. ſcilicet ſta
tutū querele de nouis diſſaiſinis, in locū interdicti vnde vi, & aliorū
remediorum ſimiliū, de quibus ſupra. In quarum qualibet erant duo
capita, primum caput, & ſecundū, In primo capite illarū legū erant
permulte differentię, In.ij.capite nulla aut modica differentia. De his
regijs legib⁹ multa declarat Ioh. Berb. in ſuo iuris viatorio in quarta
parte, Ego parua ſum de his legibus regijs dicturus, quòd hodie ab
his etiam receſsiſſe videamur. ¶ Ex hac remediorum mutatione a-
liorumq; iurium frequenti correctione quidā arcte tenent acurateq;
deffendunt, noſtrā legalem philoſophiā cęteris minus nobilem eſſe
& ob hoc contentibilem, inconſtantiam & mutabilitatem legum ac
20 cuſant, & eas aranearū telis ſe recte cōparare putant. Id hominum †
genus qui falſa hac perſuaſiōe aut alia moueātur, vt leges humanas,
quæ ad iuſticiam illam originalem iamdudum amiſſam nos adigūt,
contennendas putant, velle ſane mihi videtur, illis reiectis, diuinam

abijcere. Quis em̃ ſuperiorum cõſtitutiones contempnit? niſi qui inſana quadam libertate potiri contendit.c.qs autem.x.diſtinct. Tolle leges, auffers omnem obedientiam, rectumq; hominũ ordinem, tollis imperia, tollis deniq; virtutes oẽs. text.in.c.quo iure, & in.c.quæ contra mores.8. diſtinct. de his hactenus, nunq̃ em̃ fatebor (vt obiectiunculæ exẽplo ſatiſfaciam) ſutorem eũ, qui calceum vniformem facit eo preſtantiorem eſſe, qui calceos omni pedum generi aptos efficit. Quid inconſtantiam legum vocant? nũ quòd leges tempori, loco, perſonis, cæteriſq; moralibus circunſtantijs reſpondeant? videant tex.in.c.neceſſe eſt.xxix.diſtinc. Iuſticiam hi eſſe conſtantem & perpetuam nonne fatebuntur quod & ſi maxime in diuina verum ſit, legem tamen naturæ à moſayca & gratiæ, has item inter ſe in multis differre palam eſt.§.his itaq;.vj.diſtint. Ad poſſeſsionem itaq; rerum prophanarum aut retinendam aut recuperandam duobus remedijs ex ſtilo Tholoſanorum iudicũ vtendum putes. Primum appellatur manutenentia, quę in locum interdicti retinendæ intelligitur inuenta. Alterum eſt ſtatutum querelę quod aliqui vocabunt areſtũ querelæ de nouis diſſaiſinis, Idq; in locũ interdicti vnde vi conſtitutũ eſt, & illud deſumptum puto ex.c.cum eccleſia ſutrina. verſic. verũ &c. (ſuam depoſuere querelam). De horum vnoquoq; permulta hic adducere poſſemus ad veſtrã auditorũ vtilitatem maxima ptinentia. Atqui quòd his remedijs vbiq; locorum vtendum non eſt. eorum remediorum conuenientijs, & differentijs (quibus ſatis puto naturam illorũ declarari) cõtentabimini. ¶ Coueniunt ergo manutenentia † 21
& ſtatutũ querele primo vtrumq; eſt poſſeſsoriũ iudicium, quod imperator vocat iurgium in.l.fina. C. qui legitima perſo.qm̃ de rei poſſeſsione vel quaſi contenditur. Ideo dicebã ſtatim in interdictorũ locum eadem fuiſſe conſtituta. Secundo coueniunt, quòd in vtroq; remedio duplex caput reperiatur, primum & ſecundum, verbũ capitis tractũ eſt à.§.liberum in fine &.§.ſequen. inſtitut. de.l.acquil. à.l. capite.v.ff.de adult. Primũ caput vocatur, ſemiplenũ poſſeſsoriũ i quo ſummarie inſpicitur quis poſſeſsor recentior fuerit, Id primũ caput vocatur gaudentia poſſeſsorij ſi fueris in remedio retinendæ ſiue manutentiæ, vocatur vero recredentia, quandoq; reſſaiſimẽtum, quod interpretatur reintegratio ſiue reſtitutio, ſi loquaris de ſtatuto querele. Secundum caput vocatur plenum poſſeſſorium in quo plene de cauſſa poſſeſsionis querẽdũ eſt. Quòd aũt hæc duo † capita differãt 22
ſic habeto, & pone exemplũ. in duobus capitibus manutenentie, In

primo capite non deducunt tituli. Sed v'tima poſſ. conſideratur & vter recens detentator fuerit Ioh.Fab.in.§.retinende de inſt.de inter. Do.Antho.de petru.in.j.effectu iura.fo.iiij. In ſecũdo verò tituli & iura partium diligenter examinant. Preterea primũ cap.non eſt magni preiudicij.l.j.C.ſi de momẽta poſſeſ.l.final.C.q legitimã pſonã, qui em̃ rem ſic obtinet, pendente proceſſu & ſub manu regis & curiæ eã tenet, de qua nullo modo põt diſponere, interim ergo eſt rei cõtencioſæ cuſtos percipiens fructus, quos tamen non lucrãtur incommutabiliter, nec etiam verus poſſeſſor efficitur per lapſum anni, Idcirco nec primũ decretum hoc primũ cap.dici poteſt. Atqui in ſecundo capite maximũ p̃iudiciũ adfertur, is em̃ qui obtinet omni ſublato impedimento plenè diſponere poteſt de ea re. fructuſq̧ ſuos ſic facit, vt etiam ſi poſtea in petitorio conuentus ſuccumbat, eos nequaq̃ reſtituere teneatur.l.iuſte.ꝭ.eodem.l. pomponius.§. iuſſu.ꝟ.eodem, has duorum capitum differentias notes, quas collegi. ex glóſ. pragma. ſanct.in titul.de cauſſ.in verb.grauamen circa finem ibi(ex predictis non puto.) Si quis fortaſſe obijciat duo hæc capita non poſſe practicari, qm̃ ordinationibus nouiſsimè ꝓmulgatis.art.59. Id idem etiam antiquis cautũ fuerat in poſſeſſorio non debere duas inſtantias fieri. Secundo hęc duo capita poſſeſ.ſcripto iure probari non poſſunt, ſed vnico iudicio experiendũ ait iurecõſult. in.l.exitus, eodem.l.is q deſtinant.ꝭ.de rei vendic.alijſq̧ vulg, qui igitur fieri poteſt, vt noſtra remedia ſurrogata, duobus capitibus diſtribuantur: vnico ergo proceſſu & modo cauſſam poſſeſsoriã agi neceſſum eſt. ¶ Puto tamen nec his vſum & neceſsitatem duorũ capitũ poſſeſsorij tollẽdam eſſe. Ad primum enim quod obijcitur arbitror reſpondendum principem. ſ. nõ ſubſtiliſſe omnino duplicis capitis poſſeſſorij comoditatem quæ maxima eſſe collegitur vel eò potiſsimũ quòd poſſeſſionem rei pendente proceſſu in incerto eſſe non deceat, ne litigantes interim ꝓpria auctoritate vtantur cum ſcandalo, cui vigor iudiciorum ſumopere occurere debet, vſq̧ adeò quòd rem ſequeſtrari aut partes inuitas ea ratione paciſci iura ſtatuerunt. l.impera.ff.de appell.l. æquiſsimum. ff.de vſufruc.l.quidam eſtimauerunt.ꝭ. ſi cert.peta. Pendente igitur principali ſiue pleno poſſeſſorio nomine ęquius eſt. Interea rẽ ſummaria p̃cedente cognitione alteri per interlocutoriam adiudicari, quàm dum longo interuallo(quod partium proteruitate decem annis raro terminat) partium iura & titu.ſciſcitantur, rem cõtencioſam à potentiore aut ſtultiore potius propria auctoritate capi, vtrunq̧ tñ capuꝭ

eodem proceſſu &non diuerſis inſtantijs princeps cũ commodè fieri põt rractari ſanctiſsime conſtituit, vt in cauſis bñficialibus facile poteſt exemplificari. Quod autem ſecũdo loco adferebatur, iure videlicet hæc duo capita non inueniri. Sit ita ſanè, at nos vſum obſeruantiamq; antiquã reſsortus tholoſani narram⁹, preterea id iure cautum videtur in illa.l. vnica.C. ſi de momenta poſseſ. vbi imperator illud duplex caput explicare videt̃ dicens, ſi de poſseſ. & eius momento, (de poſseſsione) in pleno poſseſsorio, (de momento eius) in ſemipleno, &c. glo. tñ aliter ibi figuratiue ĩterpretetur, q̃ ſecundum noſtrum intellectum eſſet Aurelianenſis deſtruẽs. text. huc etiam adduci poſſunt. tex. in.l. vis eius.C. de probatio.l. liberis in fine de libe. cauſ.

¶ Tertio conueniunt manutenentia & ſtatutum querelę, quoniam ſicut in primo capite manutenentię de rei cõtencioſę detentione, que nuda & ſola articulari debet, fit ſummaria apriſia ſiue inq̃ſta. d.l. vis ibi inquiſito prius de poſseſsione.C. de probatio. & .d.l. liberis ĩ fine de libera cauſsa, ita in.j.c. ſtatuti querelę de ſola actoris detẽtione & ſpoliatiõe per aduerſarium facta, (alijs verbis de ſaiſina & diſsaiſina) iudex debet informari ſummariè, nec fit acteſtationum publicatio, nec teſtium reprobatio, Optimum tamen eſt per iudicem aut comiſſarum teſtes ſuper generaliLus interrogari, ſint ne parentes? an aliter minus ydonei, optimum etiã eſt documenta, ſi quę cõpetant, produci ex quibus detentionis qualitas declaratur, quod vocant ad confortationẽ poſseſsorij. Vides ergo in.j. capite nõ de poſseſsiõe ſed ſola rei detentione agi, vnde nec proprie remediũ poſseſsorium vocari poſse videtur, ſed preparatio quedam ad ipſum, vt de actione ad exhibendum erga rei vendicationem dicitur.l. ad rem mobilem.ff. de procurator. Quo fit, vt propoſitis per actorem articulis ſuper poſseſsione cui ius, tituli, & iuſtę cauſę adminuculari debent nõ duo capita fieri, ſed vnico ꝓceſsu plenario cauſsa teriari debeat, cũ nihil ſup ſit in.ij. capite proponẽdũ. Ex quo videtur inferri in cauſis bñficialibus duo capita querimonię fieri nõ poſse, quòd primũ adiudicari nequeat, niſi ei qui canonica inſtitutione p̃cedente poſseſsor reperiatur.c.j. de regulis iuris in.vj. licet dudum contrarium ſeruatum fuerit & diligentius maiorique cum indagine tituli perquirebantur in.ij. q̃ in.j.

¶ Quarto cõueniũt, quòd in vtroq; ſi apriſijs ſeu inqueſtis in.j. capite factis, ſtatus poſseſsorij alterutri fuerit adiudicat⁹, poſſunt deinde litigantes alia facta proponere, & idem teſtes vel alij ſuper artic. vlti. deponere non prohibent̃.c. veniens. ij.c. cum in tua. extra de teſtib⁹.

Multiplex tamen differẽtia † quæ inter hæc duo remedia ſignari po
teſt,ſatis eorũ diuerſam naturam oſtendit. Et in primis differunt ori
gine,nam manutenentia ex ſola poſſeſsione oritur quam quiſq; liti
gantium ſe dicit habere. Ideo ſatis eſt eam intentanti proponere ſe in
poſseſsione rei contẽcioſę eſſe. Sed ſtatutum querele ex duobus na
ſcitur principijs actoris ſcilicet poſſeſsione & aduerſarij ſpoliatione
actiua, vnde qui ſtatutũ querelę proponit duo hæc extrema probare
debet not. innoc. in. c. cõſultationibus ex de officio deleg. Idq; ſupra
tractamus cum interdicta vnde vi naturam explicamus, in cuius lo
cum hoc ſtatutum querelę poſitum eſt. Que autem ſpoliatio requi
ratur dubitari poteſt. an realis, an etiam ciuilis, quòd ſcilicet in re cõ
tencioſa aliquid vel iudicialiter petatur. Et huius queſtionis dificul
tas apud practicantes modica videtur, à quibus in dies pro turba qua
cunq; vel in iudicio facta in campo remedium poſſeſsorium forma
tur, pro quibus videtur tex. in. l. vim facit. ff. de vi & vi arma. Ego ſa
34 nè † puto ſolam cõtradictionem ſeu oppoſitionẽ & verbalem turbã
non ſufficere ad ſtatutum querelę, quod vehementer congruit ſpo
liato aut alioqui realiter turbato. alias em̃ nunq; eſſet manutenentię
locus, cui ꝑfecto aduerſarius ſeſe opponẽs id efficeret, vt ſtatuto que
rele locus ſit. Non diffiteor tñ qñq; ex ſola verbali cõtradictione ſpo
liationem fieri ſi potiſsimum hæc contradictio à perſona quadam po
tenti & minaci facta fuerit, Ioh. fabri in. §. j. de inter. Inno. in. c. quere
lam de elect, alioqui arbitror diſſaiſimentũ verbo ſolo fieri nõ poſſe.
¶ Secunda differentia eſt, quòd manutenentia non eam requirit ſo
lennitatem, quæ in ſtatuto querelæ ſeruare ſolet, & em̃ in priore re
35 medio impetrans ad iudicis cõſiſtorium aduerſariũ ſuum vocat, nec
id moris eſt, vt ad locum cõtencioſum accedatur. Cum aũt ſtatutũ †
querele proponit Comiſſarius vocatus probis viris locum (vt aiũt)
debati, & rem contencioſam proficiſcitur, vbi ſuper poſſeſsione &
ſpoliatione (quod dicitur ſuper ſaiſina & diſſaiſina) teſtes interrogã
tur, quò deinde ſtatum poſſeſsorij facile iudicare poſsit. Extat de his
ſtatuti querelę ſolennitatibus quidam tractatus nõ mehercle conten
nendus (non em̃ ſubtilitati tam ſtudendum arbitror quàm vtilitati)
qui inſcribitur arreſtum querele de nouis diſſaiſinis. Velim tamen ar
bitreris, remediũ hoc ſtatuti querelæ poſſe practicari, vt coram iudi
ce etiam primũ caput terminetur quod tutius eſſe, qui nihil niſi cum
prudentũ conſilio facit, probiſsimus quiſq; iudex cõpertũ habet.
¶ Tertio differunt, quoniam remedium manutenentię etiam coram

ordinario iudice tractari ſolet,non in primo capite ſolùm,ſed & ſcđo etiam,Quod hac indubia ratione comprobatur, nam iudex ordinarius,cui preſertim gradus oẽs imperij & iuridictionis non deſunt,de proprietate rerum diſcutit.l.j. & fi.C.vbi in rem actio exercer. Idq; apud noſtrates non denegatur ſeruari, de poſſeſsione igitur, vt potè non tanti põderis eum fateare oportet cogniturũ aucten.multo magis. C. de ſacroſanct.eccl'ijs. Sed in ſtatuto † querelę, quicquid iuris ſcripti auctoritas velle videatur ĩ ea.l.vnica.C.vbi de poſſeſsio. agi: 26
opor.quæ nullum quippe differẽtiæ locum admittit, ſed ibi loci terminandã violentę poſſeſsionis queſtionẽ dicit,vbi poſſeſsio eſt.Obſeruationem tñ iudicũ noſtrorũ eſſe hanc video,vt corã præſide prouincię,cuiuſmodi ſeneſca...aut bailiuus dicitur,vtrunq; ſtatuti querelę caput pertractatur,à quo ſingulis quoq; diebus dicto ſtatuti querelę literas expediri palam eſt,Nonnunq; tamẽ ordinari locorum iudices de primo capite eiuſdem cognoſcunt, mandata tñ iuridictione per literas regias a cancellaria promanatas. Terminato aũt priore illius iudicij poſſeſsorij capite cauſſam & partes ad preſidem prouincię, vt ius ſuper ſcđo capite dicat, remitti conſuetũ eſt, Cui rei vehemẽter obſtare videť,quòd ſecundũ caput eiuſdẽ prorſus naturæ perhibetur cum ſecundo manutenentie, quod ordinaris permittitur, Illud etiam fortius vrget,quòd ſuper petitorio primus iudex negotiũ decidere nõ impediatur. Cogitabunt hi,quorũ praxis † in lingua occitana iuris ſcripti placitis pugnare non põt,ideo & bona & per totũ orbem eſt cõmendata, Arbitror tñ gratia augendæ auctoritatis preſidũ prouincię iſthec introducta fuiſſe, vt diuerſorũ graduũ iudices diuerſis quoq; titulis comẽdenter.l.imperiũ.ff. de iurid. oĩm iudic. 27

¶ Quarta differentia,agenti remedio manutenentiæ opponi poteſt, quòd dolo faciat poſſeſsionẽ petiturus quã ſtatim omiſſurus eſt. Reconuentio etiã eidem obijci tolleratur, At in ſtatuto querelæ primũ caput demãdatur executioni priuſq; allegationes eiuſmodi recipiantur quia ſpoliatus ante oĩa &c. Bart.in.l.ſi quis conductionis. C.loca tex.& doct.ibi in.c.fi.de ordine cognito quod apertius infra diciť.

¶ Vltimo hęc remedia diuerſum habent effectum in primis eorum capitibus. Quoniam ſententia concipitur in manutenentia hoc modo,pronunciamus impetrantem fore pendente proceſſu manutenendum,ſub manu regis & curię. Sic fit, vt qui ſuccubuit teneatur ſolũ pati. Atqui in ſtatuto querelę pronũciatur impetrantem fore reſſaiſiendũ ſiue reintegrandum in poſſeſsione &c. & ideo qui ſuccubuit,

tenetur rem † reſtituere cum omni cauſa hoc eſt cum omni vtilitate
27 fructuũ.l.ſemper.§.hoc interdicto.ff.quod vi aut clam.l.cum pretor.
ff.de verb.ſignif.c.grauis.extra de reſtit.ſpolia. Additur etiam mul‑
toties quòd in ablatis ſtatur iuramento ſpoliati. l. ſi qñ. C.vnde vi.c.
fina.extra de eo quod met.cauſ. Quid autem ſit diſcriminis inter reſ
faiſimentum † & reintegrationem:puto modicũ eſſe, Et licet reſſai‑
28 ſimentum proprie ſit de rebus corporeis quæ ſaiſiri & poſsideri poſ‑
ſunt,reintegranda.iij.queſt.prima.Confunduntur tñ termini & pro‑
miſcue paſsim accipiũtur. hactenus de his duobus remedijs reliqua,
cum eris practicus,intelliges.

¶ Solet practicari aliud remedium poſſeſſoriũ, de quo nihil adhuc
diximus,quod & plenius & vtilius eſſe pluribus videtur, vocaturq́ †
29 ſaluagardia,quę ſolũ à cãcellaria principis impetratur, Et habet vim
manutenentię,aut ſtatuti querelę prout impetrans eo maluerit vti, ꝑ
quod etiam nõ modo rerum poſſeſsioni prouidetur ſed & impetran‑
tis perſona deffenditur.optimus tex.in.l.denunciamus.C.de his qui
ad eccleſiam confug.tex.in.l.illicitas.§.ne potẽtiores.ff. de off. preſi.
Et enim impetrans ipſe coram delegato petit ſe & ſua in protectione
& ſaluagardia principis reponi, qui tũc temporis timere nihil debet.
l.j.C.de his qui ꝑpter metũ not.in.l.fina.in princ.ff.de eo quod met.
cauſ.Fient itaq; inhibitiones aduerſario etiã abſenti ne impetrantem
vlla ratione,ledat ſub pena pecunaria.Cui rei aptiſsimum eſt aliud re
30 medium quod † practici vocant aſſecuramentũ formale (non mouea
ris ſi quibuſdam terminis practicorũ vtendũ putem.Nam habet om
nis lingua quedam propria & c.c.locatio.xxxviij.diſtic.) verba ſunt
hęc gallorũ ſic dicta,quòd formaliter & expreſſe preſente aduerſario
ſecurus impetrans efficitur,cũ aduerſarius capitis periculo prohibe‑
tur, ne impetrãtẽ vllo pacto leſerit,nec in corpore nec in bonis. Et id
ſolet in curijs ſupremis preſtari.Cum ab aduerſario quis ſe occidi aut
ſe male tractari timere, iureiurando affirmarit. Parua hæc preludia
æquo animo interim à ꝗ occupatiſsimis nobis excipias, cum autem
paulum ocij nacti erimus,vberiora volumina expectato.

SECVNDVM CAPVT PRINCIPALE.

HOC SECVNDO CAPITE HABEbitur tex. & glo. expeditio, quæ ex ſuperioribus longè videtur clariſsima. ¶ Hic tex. ſcḋm Alberic. diuiditur in duas partes. In prima determinat proprietatem & poſſeſsionem diuerſa eſſe. In ſecunda quòd poſſeſsoriũ retinendæ poteſt ſimul intentari cum petitorio. Bart. diuidit in tres partes, In. j. ponit vnũ dictum in genere. In. ij. refert, alias infert, ad ſpeciem, In. iij. reſpondet tacitę obiectioni. Hęc diuiſio cõmuniter recipitur, vt referũt Iaſo. & Claud. hic & eſt melior ſcḋm Harmon. deti. Paul. caſtr. diuidit in tres partes. Primo p̄mittit ad euidentiam deciſionis tollens obiectionem. Secũdo ponit deciſionem. Tertio tollit aliã tacitam obiectionē. Ludo. bolo. diuidit item in tres partes. In. j. ponit regulã generalē, In. ij. infert ex ea. In. iij. aſsignat rationē illationis. ¶ Sũmatur † ſcḋm Bart. Poſt intētatum petitorium non prohibetur quis intētare poſſeſsoriũ retinēdæ. hoc ſummarium cõmuniter ſequũtur alij. vt dicunt Iaſon & moderniores. Paul. caſtr. ſic ſummat petitoriũ & poſſeſsoriũ poſſunt ſimul concurrere, quãdo intentatur diuerſis reſpectibus. Franciſc. aret. ſic. Qui egit rei vēdic. reſpectu detētionis nõ videtur renũciaſſe poſſeſsiõi ſuæ. Ludoui. bolo. ſummat hoc modo. Qui petitoriũ ꝓpoſuit non denegat̃ potentia proponendi interdictũ retinēdæ poſſeſsionis. Hæc doctorũ varietas in litera diuidenda & ſũmãda eſt ſolũ verbalis, ſignificare tñ mihi videtur quandã obſcuritatē materię, quę eò maximè difficilis eſt quòd inordinatè tradat̃ & cõfuſè. ¶ Hic tex. nec diuiſione eget, nec alia ſũmarij poſitione, quòd lr̃a q ſeipſa & facilis ſit & breuis. Ne tñ ab inſtituto veterũ diſcedamus diuido ſic. primo p̄ſuponit̃ dictũ gñale. ſcḋo infert̃ deciſio principalis. tertio reddit̃ ratio deciſionis. h. d. Quòd dominiũ & poſſeſsio diuerſa ſint, nõ prohibetur interdicto retinēdę vti qui actionē realē intētarit, qm̃ poſſeſsorio minime renũciaſſe videt̃.

Nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione. Et ideo non denegatur ei interdictum vti poſſidetis, qui cępit rem vendicare. Non enim videtur poſſeſſioni renunciaſſe, qui rem vendicanit.

¶ Caſus hic ab Alex. Imol. & quibuſdam alijs figuratur. Tu dic breuiter & in nube, Egi tecum actione reali petens à te fundum, lite incepta volui poſſeſſorio retinendæ vti, an mihi liceat? Reſpondens,

vIpſa ſupponit poſſeſsionem eſſe à proprietate diuerſam, ideo decidit pendente reali actione mihi licere poſſeſſoriũ retinendę poſſeſsionis inſtituere, ratio eſt (inquit) quòd per realem intentatam non renũciarim meę poſſeſsiõi. Lego tex. hic tex. vt habeas quid ſentiã, in effectu mihi videtur ponere vnam deciſionem & duas rationes eius, deciſio eſt huiuſmodi. Pendẽte iudicio ſup proprietate ſiue dominio, poteſt actor intentare iudiciũ retinendæ. Primò quia dominiũ & poſſeſsio, ratione cuius cõpetit remediũ retinendæ, nihil habent cõe. Ideo non poſſunt ſeſe impedire. Secũdò q̃m dominium rei proponens non renũciat poſſeſsioni illius rei, ſic fit, vt hoc ſcdm caput totaq; hui⁹ text. & gloſſarum materia ſit per tres † concluſiones explicanda. ¶ Vna,
2 nihil eſt cõe inter proprietatem & poſſeſsionem. ¶ Altera, qui cæpit agere reivẽdicatione non impeditur agere interdicto vti poſsidetis. ¶ Vltima, qui intentat rei vendicationẽ non renũciat poſſeſsioni in eadem re ſibi competẽti. Super his tribus concluſionibus collocabo & gloſſa. & doct. traditiones nõ veritus addere, detrahere, quãdoq; etiam ſi liceat, corrigere.

Prima concluſio.

PRIOR Concluſio vult proprietatẽ cõmune nihil habere cum poſſeſsione: vel alijs verbis. Proprietas, ſiue dominium. (licet eñ proprietas à dominio differat, vt. ſ. dixi, hoc tamen loco idem ſignificabunt) & poſſeſsio pro diuerſis ſupponũt. Concluſio hæc habet materiam valde notabilem & longam. Idcirco glo. j. Bart. & alij diligẽter in eam laborarunt. Nos primũ adducemus rationes decidendi ad concluſionem noſtrã. deinde eam ab impugnationibus adductis per
1 glo. Bart. & alios deffendem⁹. qbuſdam etiã per nos adiectis. Quòd igitur † dominiũ & poſſeſsio differant. Primo eſt tex. noſter in princ. & tex. in. l. & an eandem. §. fi. de exceptione rei iudic. qui allegaẽ per glo. in verb. nihil in. j. eius parte. & licet ſcdm Io. Rub. hic nõ videaẽ ad propoſitum facere, q̃m ibi cauſa erat terminata, vt ex rubric. conſtat, hic verò non, vt liquet ex verbo (agere cæpit). Puto tamen poſſe illum text. huc adduci ptinenter, Rubei. eñ ratio tunc procederet, ſi ille tex. adduceretur ad ſecundã tex. noſtri concluſionem. Pro prima ergo concluſione ſatis probat, ibi eñ abſolutoria lata in poſſeſsione nõ parit exceptionem rei iudicatę in petitorio, ergo de duobus & diuerſis agebatur. l. cum querit eodẽ tit. Pro noſtra etiã cõcluſione eſt tex. in. l. j. §. hui⁹ edicti ibi (quòd ſeparata &c.) ff. vti poſsidet. tex. in. l. permiſceri ff. eodẽ, Comprobatur etiã cõcluſio, quòd dominiũ ſit ius,

vt definitio eius oſtendit,quã ſupra retulimus,poſſeſsionem aũt facti
eſſe tenuimus. Accedat vlterius ꝙ poſſeſsio alicuius fũdi inſolidum
penes vnũ erit,dominium autem eiuſdem penes alterũ.l.in rem.de re
vendi ʒ.iuncta.l.j.C.de aliena.iud.mutã cauſa.Quod dici nunꝙ poſ
ſet ſi vnũ & idem eſſet.l.ſi vt certo.§.ſi duob⁹.ff.comod.c.licet. extra
de cauſſa poſſeſ. Preterea alia eſt eſtimatio & aliud eſt precium pro-
prietatis & aliõ poſſeſsiõis.l. ſi mulier.§.ꝗ poſſeſsionẽ.ff. de eo quod
met. cau.l. ſi duo.§. fina. ff. vti poſsidet.Quinto adduci põt:quod in
modo acquirẽdi non conueniant,quia poſſeſsio ſine titulo queritur,
vt quibuſdã videtur per.l.clam poſsidere.§.qui ad nundinas,Sed do-
minium non.l.nunꝙ nuda.ʒ.de acqui.rerum domi. Item dominium
aliquando ſolo animo queritur,poſſeſsio nequaꝗ.l. cũ heredes.ʒ.eo.
differentia etiam clare colligi poteſt ex diuerſitate titulorũ de acqui.
rerũ.domi.& de acqui. poſſeſsione. arg.l.imperatores. ff. de in diem
adiectio. Sexto in modo perdendi, qm̃ dominiũ ſolo aĩo non amitti-
tur,ſed poſſeſsio ſic.l.ſi quis vi.§.differẽtia.ʒ.eo. Septimo proprietas
ſiue dominium producit remediũ petitoriũ.l.in rem.ff.de rei vendic.
Poſſeſsio aũt parit poſſeſſoriũ remediũ.§. j.inſt.de interdict.& ſupra
pluries fuit declaratũ.Octauo dominiũ,eſt inſtrumentũ, quo res dici
tur noſtra,poſſeſsio,quo rem nobis tenem⁹. Bal.in.l.penul. C.ſi à nõ
competen.iudi.Nona differentia colligitur quòd lis mota ſup poſſeſ
ſione rei nõ faciat rem litigioſam ſecus ſi fuerit mota ſuper dominio
glo.in.c.j.extra de cõfirma.vtili. vel inutil.quam ibi Panor. ſequitur
tex.eſt auctenti.litigioſa.C.de litig.ex quo ſequit̃. Vndecimo,quòd
ſi de proprietate beneficij agatur,& alter collitigantiũ decedat,nõ fit
interim dicti bñficij collatio clemen.j. verſic. ſi vero alter vt lite pen-
den. Sed ſi † contendit̃ de poſſeſsione & alter ex litigãtibus mortem 2
obierit,ius ipſius alteri cõferẽ,& eiuſdem iuris collationarius petet ſe
in locum pre defuncti ſurrogari,quo fit vt in curijs temporalibus ſur
rogationes in locũ defunctorum iure quidem obtimo fieri ſoleant.
Duodecimo differre dignoſcũtur, quòd dominium ex pluribus cau
ſis competere nõ poſſit. Sed poſſeſsio pluriũ cauſſarũ eſſe poteſt.l. iij.
§.ex pluribus.ʒ.eo.tex.in.l.& an eadem. §. actiones. ff. de exceptio.
rei iudic. ex quo infertur. Decima tertia differentia quòd poſſeſso-
rium † beneficiorum poteſt fulciri compluribus cauſis; & ſimul di-
uerſa iura ſuper poſſeſſorio allegari poſſunt, & tituli. At cum petito- 3
rio remedio coram iudice ſpirituali cauſa beneficialis examinatur,di
uerſos titulos litigantes allegare nequeunt, c. vt qui duas de electio.

in. vi. ¶ Decimo quarto differũt dñium ſiue ꝓprietas, à poſſeſ. in modo ꝓbandi, quia poſſeſ. releuat ab eo probandi onere, dñium non. l. ſi. de rei vẽdi, vbi poſſeſſor obtinet, ſi actor nihil ꝓbarit. l. qui accuſare. C. de eden. c. j. vt eccſiaſtic. benef. vbi ꝑ glo. ponunť limitationes. Ex
4 hac differentia † potes ꝑ facile primũ poſſeſsionis cõmodũ reportare. ¶ Secũdũ cõmodũ eſt, quòd in pari cauſſa melior eſt poſsidentis cõditio. c. cũ partiũ iura de reg. iur. Bart. i. l. j. §. ne aũt. ff. de cõtratab. de hoc duplici cõmodo loquitur imperator. in. §. cõmodum inſti. de interdict. tex. in. l. inter litigãtes. ff. de iud. tex. in. l. exitus ꝓ eodẽ. ¶ Tertium poſſeſsionis cõmodũ eſt, quòd in pari cauſa turpitudinis & delicti melior eſt conditio poſsidentis. l. penult. ff. de condic. ob turpem. cauſ. l. ij. C. illo ti. l. final. ff. de condic. ſine cauſa. ¶ Quartũ, quòd ſup poſſeſsione proceditur ſummariè Bart. in. l. j. C. ſi de momenta poſſeſsio, idq; ſupra in quinta pfatione declaraui. ¶ Quintum eſt cõmodum quòd nõ appelletur à ſententia ſuper poſſeſsione pro poſſeſſore lata. d. l. j. C. ſi de momenta poſſeſsio. Intellige non appellari, quin liceat ſententiã exequi cum cautione. Poteſt tñ pars grauata de prioris ſententie iniquitate cõqueri apud Senatum cui ſi tandem liqueat iniquè fuiſſe iudicatum reformabitur illa ſententia cum inde ſecutis. hoc eſt cum facta iam executione. Nihil igitur mirum videri debet ſi oporteat cautionẽ ab eo preſtari, qui executionẽ requirit arg. auctẽn. que ſupplicatio. C. de precib. impe. offere. Idq; ꝑ ordinationes regias expreſſe cautũ eſt. ¶ Sextũ cõmodum eſt, ſi duo ab eodem rẽ acquirunt, Is potior eſt, qui primo nanciſcitur poſſeſsionem. l. quotiens. C. de rei vendic, niſi in bñficijs. c. capitulũ ſancte crucis. extra de reſcri. niſi etiam in matrimonio. c. penult. de ſponſalib. extra, ſuper quibus vide ample per Iaſ. in ea. l. quoties. ¶ Septimum eſt, quòd ex poſſeſsione preſumitur quis dominus rei poſſeſſę Bart. poſt gloſ. in. l. quidam in ſuo. ff. de conditio inſtitu. nos iſtud ꝓ perſequemur latius.

¶ Octauum, quòd prælatus aut alius bonorum eccleſię adminiſtrator preſumitur in dubio ex ſuis rebus id queſiſſe, cuius poſſeſſor eſt, glo. fi. poſt tex. ibi in. c. j. xij. queſtio. v. Panor. in Repeti. c. cum eſſes. nu. xxiiij. extra de teſta. ¶ Nonum cõmodum, poſſeſsio rerum immobilium tollit ſuſpitionem fugæ. l. ſciendũ in princip. ff. qui ſatiſda cogan vbi videto moderniores. ¶ Decimum ex diutina poſſeſsione quis preſumitur legitime inſtitutus Inno, & Panor. nu. iiij. in. c. illud de preſumpt. ex qua preſumptione dicebamus ſupra decretũ de pacificis poſſeſſoribus progredi. ¶ Vndecimum, ex longa poſſeſsio-

ne preſumitur ſolennitas actus adfuiſſe.l.ſi filius.C.de petitio. heredi.l.qui in aliena §.j.ff.de acquir.hered.in.l.ſciendum.ff.de verb.obliga ❡ Duodecimum eſt,vt is præferatur in iure offerendi qui poſſeſſor pignoris eſt.l.paulus.§.qui pignoris.ff.quib.mod. pign.vel ypothec.ſolut.❡ Decimumtertiũ ex poſſeſsione legitima inducitur vſucapio.aut preſcriptio.l.ſine poſſeſsione de vſuca.infra regul.ſine poſſe.in.vj.❡ Decimũ quartum, ex poſſeſsione fructus rei poſſeſſę queſũtur.l.certum.C.de rei vendic.l.iij.§.ex contrario.ꝫ.eodem. ❡ Decimum quintum,poſſeſſori dantur plures dilationes & longiores inducię,ꝙ non poſsidenti.l.fina.ſupra de ferijs notat.glo.in.l. ſicuti.§.ſed ſi queratur.ff.ſi ſeruitus vendicetur.❡ Decimum ſextum,poſſeſſor non tenetur iurare in litem, niſi primo actor iurauerit.l.ij. in princip.C.de iureiuran.propter calumniam, dando glo.in.d.l. ſicuti quã vide. ❡ Decimum ſeptimum pluribꝰ eodem tempore † beneficium 5
acceptantibus, poſsidentis eſt conditio melior. c. ſi à ſede de preben. in.vj.glo.in clemen. j.vt lite penden. ❡ Vltimum commodum poſſeſsionis eſt, quòd ex diutina poſſeſsione diuiſim obſeruata earũ rerum quæ communes fuerunt preſumitur facta diuiſio inter eos qui communes fuerunt glo.in.l.ſi maior. C.diuidum, quam ibi probant Cy.Bal.& alij.Ex his colligi poteſt poſſeſsionem eſſe longè maioris preiudicij,ꝙ communiter dicatur per docto. in.l.j.C. ſi de momenta poſſeſsio.vide Bart.in.l.ij.ff.de appell recipien.

Satis tibi perſuaſum arbitror differentiam inter dominium & poſſeſsionem eſſe probatam proinde concluſionem veram eſſe ex qua nunc colligo ſequentes illationes.❡ Et in primis infert̃ non eſſe bonam conſequẽtiam de dominio ad poſſeſsionem hoc modo, hic habet dominium ergo poſſeſsionem, aut ediuerſo hic habet poſſeſsionem ergo dominium. Sic docet Paul.caſtren.in.l.pmiſceri infra eodem,nec mouearis ꝙ ex poſſeſsiõe p̃ſumat̃ dominiũ vt dicetur infra, qm̃ cõſequẽtia mala eſt cuius antecedens põt eſſe verũ & cõſequens falſum,etiã ſi vtrũq; verũ ſit. Ratio huius illationis & primi corrolarij eſſe videt̃,quòd † a ſeparatis nõ ſit bona illatio.l.ſi.ꝫ. de calũ.l.papinianus.ꝫ.de minorib. Immo ſeparatorũ ſepata eſt ratio.l.ſi maritus.j. 6
C.de donatio. inter vi. & vxo.tex.in.l.inter ſtipulãtẽ.§. ſacrã ibi.ſed hæc diſsimilia ſunt de verb.oblig. Aduertendũ tñ,nõ probè mihi videntur locuti Alex. Iaſ. Bolo. Fab.& reliqui omnes allegãtes hunc tex.adhoc, ſeparatorum ſeparata &c.& quod à ſeparatis non eſt bonum argumentum, licet enim ratio noſtrę illationis id probet non tamen noſter tex.non in prima parte vt vides. In ſecunda multeminus

quoniam tex.argu.inducit,& ipſi non dicunt non eſſe bonum argu. Tantum ergo abeſt ꝙ hic tex.ꝓbet argumentũ à ſeparatis nõ valere, ꝙ ille ipſe argu.à ſeparatis faciat,quòd.ſ.illationem in.ij.parte ponat. Satis tamen eſſe velim, arbitreris,quòd doct.notabile per ſe verũ eſt, vndecũꝗ probetur, vt ex predictis remanet ſatis corroboratum.

7 ¶ Secundo † ex noſtra.j.concluſione infertur ſecundũ Paul.de Caſt. in.d.l.permiſceri ꝙ lata ſentẽtia ſuꝑ petitorio & poſſeſsorio,ſi appelletur in petitorio,fiet executio in poſſeſsorio,nec allegari poterit attẽtatum & innouatũ,vt locũ habeat.l.j. ff. nihil noni appellatione penden.Cum nihil fiat executionis de eo ſuper quo appellatum extitit.

¶ Tertio infertur ꝙ teſtis interrogatus ſuꝑ arti. poſſeſsionis nõ probat ſi deponat ſuper proprietate,quia deponit extra art.& ſuper non conteſtatis glo.fina.quam ibi ſequitur Bart.in.l fina.C. qui legit.ꝑſonã ſtan.in iud. ¶ Quarto ſequitur publicationem teſtiũ auditorũ ſuꝑ poſſeſsorio nõ impedire receptionem teſtium in petitorio etiam ſuper articulis directo contrarijs Feli.in.c. veniẽs.ij. nu.xix.de teſtibus vbi inquit iſtam fuiſſe deciſionem rotæ.418.in nouis, eamꝗ ipſe

8 probat ibi.Quinto ſequitur quòd licet ꝓcurator † & aduocatus non poſsint eſſe teſtes in poſſeſſorio in quo litem exercuerunt.l.fina.ff.de teſti.declarat Bart.in.l. deferri. ff. de iure fiſc.nu.ij.&.iij. Poſſunt tamen teſtes eſſe in iudicio petitorio etiã eiuſdem rei . Feli. in. c. cum à nobis nu.14. de teſti. extra. ¶ Sexto infertur quod iudex delegatus ſuꝑ poſſeſsione non cognoſcit ſuper dominio nec econtra.l. ſi de proprietate. C. ſi à non competenti iudice quod ibi Bal.declarat. Super quo vide Iaſ.in.l.ij.ff.de iuridict.omniũ iudi.nu.v. ¶ Septimo infertur à iureconſ.hic litem motam ſuper proprietate non impedire remedium poſſeſsoriũ retinẽdæ intentari. ¶ Octauo ſubſequitur lite mota ſuper poſſeſsione non etiam impediri futurã controuerſiam ſuper proprietate.d. l. & an eandem.§.final.ſ. de exceptio. rei iud.hæc duo vltima corrolaria latius in iij.capite principali expedientur.

¶ SVPEREST, vt adducanť rationes dubitandi in concluſionẽ

9 noſtrã. Primo † ergo quòd proprietas & poſſeſsio commune quid habeant,adducitur communio ſimilitudinis,quod vtrunꝗ ſit incorporale. Accurſ.id non probat,qm̃ ei fortaſſe ſatis clarum videbať. Bart. verò ea id ratione confirmat quoniam (inquit) eá quę ſunt iuris incorporalia ſunt.l.j. ff.Incorporalia. ff. de rex diuiſione. tex in.§.j.inſt. de reb.corpo.& incorpo. Atqui vtrunꝗ ius eſſe conſtat, dominium ius eſt.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iu. Aduerte,illa , l.nõ probat intẽtionẽ

Bart,licet enim dominia ſint de iuregentiũ per eã. l. ex hoc iure,non
tamen ideo dominiũ ius eſt, quoniã permulti ſunt contractus de iu-
regentium per.d.l.ex hoc iure, qui tamen ſunt facti,& nõ iuris.l. con
ſilio ſupra de curato furio . Probetur itaq; dominiũ ius eſſe per ſuam
definitionem:quam Bart.ponit cæteriq; probant in.l. ſi quis vi.§.dif
ferentia.ff.eodem.dominium(inquit) eſt ius perfecte diſponendi &c.
Quòd aũt poſſeſsio ius ſit, oſtẽditur per definitionem eius,.que vult
poſſeſsionem eſſe ius inſiſtendi rei,ſiue ius rem detinẽdi ſibi not.in.l.
j.ff.eodem.Cy. in.l.licet.C. eodem tex.in.l. perege.in princip.ibi ius
poſſeſsioẽis &c.ff.eodem.Concludẽdum ergo dominiũ & poſſeſsio-
nem aliquid habere cõmune,contra concluſionem. Ne materias in-
culcare oporteat vtilius erit ad vnamquãq; oppoſitionem eius ſolu-
tionem accommodare.

¶ Prima hęc opp.tripliciter ab Accur.ſoluitur.dici em̃ primo poteſt
tex.intelligi,(nihil) ideſt non omne vt vniuerſalis in particularem re
ſoluatur quaſi velit aliquid eſſe quod non ſit inter ea commune, & ſi
in quibuſdam conuenire videantur. Nam inquit glo. in incorporali-
bus non poſſeſsionem ſed dominium habemus, per quod glo.oſten-
dit. In aliquo cõmunionem non eſſe, etiam ſi probatum ſit eadem in
alijs cõmunicare,habes quid velit gloſſ. Bart. ſuper his verbis gloſſę
declarandis ibi(vt ecce)eſt corrupt⁹ lege ſic (vt ecce dominiũ eſt ius,
quod cadit in rebus corporalibus & incorpalibus,patet ſupra ſi vſuſ
fruct.petatur.l.qui vſumfructũ,dicitur em̃ quis habere dominium in
vſufructu. Sed ius poſſeſsionis(inquit)nõ cadit in incorporalibus vt
ff.titu.j.l.ſeruus.§. incorporales . Tenet ergo Bart . cum glo.q; in re-
bus incorporalibus † competat dñium vt in vſufructu per eam.l.qui o.
vſumfructũ idem Pau.hic in nu.v.& eſt cõmunis opinio.Iaſon tñ.&
Ioh. Rub.mituntur quibuſdam fundamentis cõtrariũ aſſerere, nam
(inquit Iaſo).l.q vſumfructũ non probat dominium cadere in vſufr.
Imo totũ cõtrariũ:dicit tex. (eſt em̃ abſurdum plus iuris habere eos.
qui poſſeſsionem dumtaxat vſuſfructus,non etiam dominiũ,adepti
ſunt.) Ideo dicit Iaſ.ſicut vſuſfructus improprie poſsidetur ita etiam
dominiũ improprie in eo cadit,potiſsimũ(inquit) q; vſufructuarius
non poſsit de re diſponere,dominium aut eſt ius de re perfecte diſpo-
nendi &c.Itaq; concludit gloſſæ ſolutionem non eſſe etiam in ſe ve-
ram. Inſuper(dicit Iaſon) glo. exponit vnũ per ſuum contrariũ. quia
tex.dicit(nihil eſt commune)& glo.non omne eſt cõmune. Sic fate-
tur tacite aliquid eſſe commune,hęc autem ſunt contraria,immoue-

rius contradictoria quę magis pugnant. nihil eſt cōe. aliquid eſt commune ergo ſtare non pot hæc prima ſolutio, quam alij dicebant in ſe veram. Ego arbitror ſolutionem glo. eſſe in ſe veram & ita communem opinionem. hic deffendi poſſe (quòd tñ in hoc articulo modicū vtilitatis cōciſtat quicquid pluribus verbis Fab. & Rub. effuderint nos latius non perſequemur) Non obeſt in primis ꝙ. l. qui vſumfructum dicat poſſeſsionē non dominiū adepti ſunt. dico eñ ex illis verbis plene conſtare in vſufructu dominium eſſe non quidem in eo homine qui ibi iure vſuffructus vtebatur, quia allegatario vſufructus eum perceperat. Inuit tamen ꝙ qui dñium vſufructus haberet melioris aut æque conditionis foret, atq; qui poſſeſsionem, verum quia alibi illa poſſeſsio vocatur quaſi poſſeſsio dominium verò ſeruitutis nullibi vocatur quaſi dominium, ergo dominium proprie & poſſeſſio improprie accipietur, argu. no. in. l. ij. ff. de off. proconſul. not. in l. certi condictio in princip. ff. ſi cert. petatur. Paul. de caſtr. in. l. iam hoc iure. ff. de vulg. Et dum ait Iaſo vſufructuariū diſponere non poſſe. Id ingenue diffiteor, non quidem de proprietate, cuius etiā non dicimus dominum. ſed de vſufructu text. in. l. neceſſario. §. fina. ff. de peric. & cōmo. rei. ven. §. j. in fine inſt. de vſu. & habit. & iſtud etiam ſupra tenuimus in prefatiōibus nec vllomodo moueri poſſum qbuſdam ſuaſionibus hic per Rub. adductis. ¶ Minus etiā apud me poteſt ſecūda Iaſ. ratio ꝙ ex hac. j. ſolutione inducatur contradictio, fateor eñ hęc eſſe valde contraria nihil eſt cōmune, & aliquid eſt commune, ſed non reperio ego in noſtro text. illam negatiuam, ſi expoſitionem recipias, nā in tex. habetur non omne eſt cōmune. Bene verū eſt. Retenta propria ſignificatione verborum tex. aliquid inter hæc contrarietatis eſſe, atqui interpretationis expoſitiue natura hoc habet, vt recedatur à propria expoſiti ſignificatiōe aliàs fruſtratoria eſſet expoſitio. Nō ergo facile prorumpas in dānandam communem oppinionem, niſi omnino eam ratione carere videres, veritas ergo ſolutionis tibi eſt notiſsima, quę tamen ſcōm Bart. & alios non eſt noſtro tex apta, nam ex prima parte ſic exponenda non poſſet illatio iuriſconſulti fieri, debet ergo illa vniuerſalis negatiua remanere in ſua propria natura vt ex ea inferatur deciſio. tex. principalis, quod etiam Accur. ignotum non fuit, qui deſcendit ad aliam ſolutionem.

¶ Secundo ergo reſpondetur ſcōm Ioh. vt text. velit, nihil eſt commune, quia nec vt paria nec vt oppoſita nec vt pars & totum, & ideo neq; remotiue vel poſitiue ſequitur vnum ad aliud. Sed habent ſe ſu

cui excedentia & exceſſa. Bart. probat hanc ſecundam ſolutionem dicitq; perbelle poſſe deciſionem principalem tum inferri. Aduerte, hæc ſecunda ſolutio eſt in primis obſcura. Quam ſic intelligito, dominium & proprietas nihil habent commune, quia nec vt paria &c. Ideſt nec ſimilia ſunt nec contraria, nec de vno ad reliquum poſitiue hoc eſt affirmatiue, nec remotiue hoc eſt negatiue argumentem fieri poteſt. Sed vt excedentia & expreſſa, hoc eſt impertinenter, vt modò vnum de eo dicatur, de quo non alterum, modo de vtroq; idem predicetur. Quo fit vt hęc ſolutio ſit contrario multominus apta q̃ precedens. ¶ Vnde tertia ſolutio glo. melior eſt, quã tenent Paul. de caſt. Iaſ. & moderni. vt ſcilicet nihil ſit commune. hoc eſſentia ſpecifica poſſeſſiõis & proprietatis ſit diuerſa. Et dum opponebatur vtrunq; eſſe incorporale, & ita videbatur ſimilitudo reperiri. Reſpondetur eam ſimilitudinem eſſe genericam que ſatis compatitur ſpecificam differentiam, vt exemplo familiari Iaſ. hic oſtendit, homo & aſinus nihil habent cõmune qui tamen ſub eodem genere ponuntur, vterq; enim animal dicitur.

¶ SECVNDO Glo. opponit contra concluſionem noſtrã principalem oſtendens ſcdm Paul. de caſtr. inter proprietatem & poſſeſſionem eſſe communionem conſequentię. Quia dominium ex poſſeſsione cepit. l. j. ij. reſponſ. ibi dominiumq; rerum ex poſſeſsione ceppiſſe nerua filius ait. vnde poſſeſsio eſt antecedens & dominium conſequens, & ſecundum Paul. de caſtro poſſeſsio eſt cauſſa, dominium cauſſatum. Ratiocinemur ergo ſic (inquit Bart.) ad poſitionem conſequentis ſequitur poſitio antecedentis. l. illud. ff. de acq. hered. l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff de procurato. Ergo ad poſitionem dominij ſequitur poſitio poſſeſsionis tanq̃ antecedentis, & ſic communio maxima. Bart. reprehendit glo. noſtram quòd inculcet iſtud ſecundum cõtrarium cum primo. licet vt inquit ſolutiones primi non conueniant huic ſecundo. Fab hic tuetur glo. contra Bart. dicens glo non debere reprehendi, quę non ponat niſi vnam oppoſitionem. Ideo nec inculcationis accuſari poteſt, fatetur tamen q; illa vnica oppoſitio ex tribus confirmatur ego non video quo modo vnica oppoſitio dici põt, vbi glo. tres ratiões diuerſas adducit, vt Pau caſtr. optime declarat. alioqui eñ dum impugnat vna concluſio. pluribus medijs vnicã oppoſitionẽ eſſe fatenũ eſt. quod eis optimũ videreẽ, q vnica ſolutione velut vno cõllirio, oĩbus mederi cupiunt gloſ. per illum

tex. in. c. final. xxix. diſtinc. Diligentius † tamen aduertendum puto, quòd modus arguendi, quo hic Bart. Paul. & moderni omnes vtuntur, non videatur receptus, nõ eſt eñ tutum argumen. ad poſitionem conſequentis. ad poſitionẽ antecedẽtis, non enim ſequitur, aľ. eſt, ergo homo eſt. non etiam valet arg. Rex vincit, ergo miles. Quo fit, vt ad probationem preſbiteratus nõ ſunt probati priores ordines, ſicut probata ſententia, non ſunt probata acta antecedentia. c. qm̃ contra falſam. nec conſtat de excommunicatione, etiã ſi abſolutionem probaueris, hec ſic colligit Paul. de caſtro, quo autore vehementer vtor. In. l. illud. ff. de acquir. hered. Arguendũ igitur videť à poſitione antecedentis ad poſitionẽ conſequentis. Aut à deſtructione conſequentis ad deſtructionem ſiue negationẽ antecedentis, de his tñ apud dialecticos, Sumito ergo noſtrũ argu. ſic qui vult conſequens velle debet antecedens. l. j. ff. de iuſtic. & iure. l. ij. de iurid. omnium iudi. ergo qui vult dñium vult poſſeſsionem, qui igitur fieri poſſe intelligitur nihil eſſe commune. ¶ Solutiões glo. non poſſunt ſanè huic rationi conuenire. Ideo Bart. adfert duas ſolutiones. Prima dum dicitur dominium à poſſeſsiõe procedere. Id olim ſeruabatur. hodierno autem iure dominiũ ſine poſſeſsione queritur. vt in legato. l. a ticio. ff. de fur. in hereditate. l. cum heredes. ꝟ. eod. in. l. fin. C. de ſacro ſanct. eccl. glo. in. l. ſi fundum. ff. de fundo dot. glo. in. l. ſi ager. ff. de rei vendic. & ſic cõmunio conſequentię ſublata eſt, nec poſſeſsio eſt antecedens neceſſarium ad dominium. ¶ Secũdo inquit Bart. dici poteſt, ꝙ poſſeſsio ſit antecedens in actu acquiſitionis dominij licet nõ in actu retentionis, qm̃ licet queri non poſsit ſine poſſeſsione, retineri tñ põt ſine ea. ¶ Contra primã ſolutionem Bart. mouetur Iaſ. quia licet ſint caſus quidam ſpeciales in quibus poſſeſsio non ſit neceſſarium antecedẽs ad dominium, tñ (inquit) regula communis eſt in contrarium l. traditionibus. C. de pact. accedat quòd regula cõmunis attendi debet. l. iiij. §. j. ff. de fideico. libert. ¶ Inſuper ſecunda ſolutio Bart. non videť recipienda ſcđm Iaſ qm̃ fatetur Bart. reſpectu acquiſitionis & generationis communionem eſſe. Ideo illa vniuerſalis negatiua nihil eſt cõe. Redderetur falſa pro vna cõione. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Huiuſmodi impugnationes non videnť mihi vrgere cõtra Bart. In primis licet regula eſſet cõmunis ꝙ à poſſeſsione procedat dominum. Adhuc tñ per caſum ſpecialem contrarium tolleretur communio cõſequentiæ, Satis † eñ eſt ad tollendam conſequentiam quòd detur inſtantia. c. ſicut vrgeri. j. queſt. j. Preterea dum Iaſon di-

eit non eſſe fatendum ꝙ ſit communio generationis & acquiſitionis Ego puto eam non eſſe vehementer conſiderandam, quoniam contractus & obligatio valde differunt, contractus em̃ ſunt facti, obligationes iuris, tamen obligatio procedit ex cõtractu. Aliud tamen eſt, quod videtur obeſſe ſolutionibus Bart. nam in prima firmat in actu acquiſitionis non eſſe hodie cõmunionem. In ſecunda fatetur oppoſitum, licet in actu retẽtionis ſecus. Cum ergo ad vnum contrarium dari non poſsint plures ſolutiones preſertim contrarię, danda eſt certa ſolutio & firma reſponſio. Quare vltra omnes ſic puto ſecundam hanc obiectionem diſſoluendam, vt arbitrer regulã † cõmunem eſſe
dominium nõ procedere ex poſſeſsione nec ex traditione, requiritur 13
em̃ cauſſa dominij tranſlatiua. l. nunꝙ nuda. §. titu. j. l. ij. & ſequen. ff. de public. in rem actio. l. in. §. ſubtilius. ff. de condictio. ob cauſſ. Nec obſtat. l. j. §. allega. q̃m eſt ſpeciale in rebus quæ in mari celoꝙ capiuntur vt pote in animalibus ſilueſtribus vt tex. ibi dicit. non obſtat etiã lex quicquid calcauerit per tuus &c. quia id obſeruatum fuit donec inuentæ fuerunt cauſæ dominiorũ tranſlatiuę iure multiplici adhoc deſtinatæ, quę ponũtur per glo. in. l. j. §. titu. j. quas diligenter deduximus in repetitio. l. clauibus. ff. de contra. empt. Sic fit, vt nulla ſit horum etiam per regulam communem, neceſſaria conſequentia.

¶ Tertio principaliter opponit glo. quòd immo ſit cõmune inſeparabilitatis & connexitatis. Quia proprietas à poſſeſsione ſeparari non poteſt. l. per procuratorem. C. eodem. Solutiones glo. huic contrario minus adaptari poſſunt. Solue ergo ſecundum Bart. ꝙ inſeparabilitas ibi procedit ex voluntate concedentis rem, qui volebat vtrunꝙ concedere, ita ibi declarãt glo. & Cy. doct. hanc ſolutionem probant vno omnium conſenſu, quam Paul. caſtr. hac ratione confirmat, quòd vbicũꝙ tradens eſt poſſeſſor & dominus rei quam ex cauſſa dominij trãſlatiua alteri tradit, vtrunꝙ neceſſario transfertur per. d. l. per procuratorem, id tamen non ex connexitate illorum ſed ex preambula tradentis voluntate, habes quid glo. velit contra noſtram concluſionem, vltra quam.

¶ Quarto Bart. opponit contra glo. d. l. interdum. ff. de verb. ſignifica. vbi probatur poſſeſsionem idem eſſe quod dominium. Ad idem l. ij. l. cum res. C. de proba. l. magis puto. §. Item pretor. ff. de reb. eorũ l. fina. C. de pred. mino. erit ergo cõmunio eſſentiæ, qua nulla maior. Solue inquit Bart. quòd poſſeſsionis verbũ accipit̃ ꝓ proprietate, & econtrario. Id tamen ex impropria verborum ſignificatiõe. vt in ea

l. interdum notatur, atqui ſecundum proprium ſignificatum quo hic vtimur, aliud eſt poſſeſsio, aliud dominiũ. Quid veritatis hęc ab omnibus recepta ſolutio, habuerit, dixi in. iij. prefatione vbi quadrupliciter poſſeſsionis verbum aſſumitur.

¶ Quinto vltra doctores opponitur, quòd immo commune quid re
14 periatur, Nam vtrunq; coram eodem iudice, & eadem † ſententia terminari debet. c. j. c. cum dilectus extra de cauſſa poſſeſ. & proprieta. l. nulli ad finẽ. C. de iudic. quod in ſeparatis dici non poſſet. l. j. & .ij. ff. de quib. reb. apud eundem iud. Sol. non eſt verum quòd neceſſe ſit vtrunq; decidi coram eodem iudice. c, final. de iud. extra. aut eadem ſententia. c. paſtoralis de cauſ. poſſ. Et ſi qñq; id fieri oporteat non ex natura poſſeſsionis & proprietatis, ſed ex coniunctione in libello facte cõtingit, quòd vtrunq; ſepiſsime cõnectatur, prout cõuentionem & recõuentionem vnica ſententia terminari, vides c. j. de mutuis petitio. l. cũ Papinianus & aucten. ſequenti. C. de ſententijs, de ſolutione huius contrarij, vide plenius per doct. in. d. l. nulli. & in. d. c. j.

¶ Sexto cõmune inter ea videtur, ꝙ prohibitus acquirere dominiũ rerum ſpiritualiũ prohibetur & poſſeſsionem. c. cauſſam quæ. extra. de preſcriptio. c. ad decimas de reſtitu. ſpolia. i. vj. Facit ꝙ ſeruus qui dominium ſibi acquirere non poteſt. l. placet de acqui. hered. §. j. inſt. de his qui ſui vel alie. iur. poſſeſsionem etiam non ſibi querit. l. quod ſeruus. ʃ. eodem. Sol. in hoc nihil communionis eſſe, quoniam ꝑ eam rationem bos & equus cõmunionem haberent, quorum nullus per ſeruum acquiri põt. Eſſet igitur communio procedens ex acquirere volentis incapacitate, vt potè incapax vnius ſit alterius incapax.

¶ Septimo & vltimo opponitur quòd ſcilicet magna ſit inter poſſeſſionem & dominiũ cõmunio quoniam qui poſſeſſor eſt preſumitur dominus. l. ij. & glo. ibi. C. de proba. glo. & ibi Bart. in. l. penul. ff. de conditio. inſtitut. Sol. non eſt hoc verum vndiquaq; ꝙ poſſeſſor preſumatur domin⁹, nec eſt bona cõſequentia, eſt poſſeſſor ergo dominus vt nota. in. l. cum res. C. de proba. & nos ſupra aliquid diximus. Quòd autem hic locus ſit frequentiſsimus lubet ex varijs Bart. & aliorum deciſionibus eum tribus concluſionibus perſtringere.

15 ¶ PRIOR eſt † quãdo dominium deducitur per modum actionis principaliter, nõ ſatis eſt actori probare poſſeſsionem, nec dominium ex ea preſumitur, Immo verò id fuiſſe iuregentium aut ciuili queſitum probari debet. glo. quam probant ibi Bart. Bal. & alij in. l. cum res. C. de probat. l. in rem. ff. de rei vendic. l. j. & glo. ibi nota. C.

de non numerata pecunia. ¶ Fallit quando ageretur contra ſpoliatorem aduerſus quam antea poſſeſſor dominus preſumitur.l. ſi quis emptionis.verſic.ſed hęc ſuper illis.C.de preſcript.xxx.anno.l. ſi coloni de agric.& cẽſi.lib.xj.ratio limitationis eſt,quòd durior ſit cauſa delicti,quàm contractus glo.in.l.ita vt ſi fur.ff.commod.

¶ Altera concluſio,quando dominium deducitur per actorem incidenter tamen tum ex poſſeſsione preſumitur dominium. Ita intelligi debet glo.in d.l.quidam in ſuo quę eſt penult.de conditio.inſtitu. per text.in.l.j.ff.famil.herciſc.glo.eſt expreſsior & ibi Bart. nu.iiij. in.l.ſicuti.§.ſed ſi querat.ff.ſi ſeruit.vendic.Limitabis ſi conſtet eum poſſeſſorem, non eſſe dominum tũc enim preſumptio tollitur.l.item mela.§.ſed & ſi ſeruus.ff ad.l.acquil.iũcta glo. ibi in verb.in factum. Limita ſecundo quando allegatur poſſeſsio de preterito ex qua ſanè dominium preſumi non videtur. l. & quæ nondum.§. quod dicitur.ff.de pignor. Bart.in.d.l.penult.ff.de conditio. inſtitutio. Limita tertio in beneficialibus.c.ordinarij de off.ord.in.vj.cap.j.de reg.iu.

¶ Tertia concluſio, quando dominium deducitur per modum exceptionis,tum ex poſſeſsione dominum preſumitur. l. ob maritorũ. C.ne vxor pro marit.l.j.&glo.ibi.C.de iure fiſc.Fallit primo quando iam erat per contrariã preſumptionem actoris intentio fundata.l. ſiue poſsidetis.C.de probatio. Fallit ſecundo ſi ea poſſeſsionis vtilitas non allegaretur ſcd̃m Bal.in.d.l.penult.de conditio.inſtitutio.Si quibuſdam fortaſſe non plenè hic diſcuſsis,in hac preſumptionis materia egere videaris,aliunde pcipito quandoquidem nimis eſſet amplum volumẽ eius,qui preſumptionum quemq; articulum eſſet explicaturus. hactenus de prima concluſione noſtri.§.

Secunda Concluſio.

SECVNDA Concluſio † noſtri text. hæc eſt qui cæpit agere rei vendicatione non impeditur agere interdicto retinendæ, pro hac concluſione eſt tex. noſter in ſecunda parte qui eſt ſing. ſecundũ Raphael Cuma. Alex. & Iaſ. Sumas interim exemplũ, Egi rei vendicatione contra te,vt vendicarem fundum,lite incepta cognoui poſſeſſorium retinendæ melius mihi futurum d.l.is qui deſtinauit d.§. commodum eoq; volebam vti. Aduerſarius dicebat ne me quidem audiendum eſſe,quid iuris? Concluſio vult aduerſarium repugnare non poſſe,immouerò eundem deffendere poſſeſſorio debere.

❡ Cuius ratio eſt, quia lex admittit †omnem modũ, quo facilius quis ſuum aut retinere aut cõſequi poteſt. l. nemo exterus. l. nullus. C. de iud. l. j. §. quia autem. verſic. quemadmodum ſolemus. ff. quorum legatorum, nec vult alterum cum alterius iniuria locupletari de regu. iu. in. vj. Cũ ergo facilior ſit via poſſeſſoria tum propter probationis facilitatem, tum propter iudiciarium ordinem, quàm petitoria, nihil mirum vobis videri debet, ſi vel propoſito petitorio, poſsit etiam poſſeſſorium intentari. Potiſsimum quia re poſſeſſa ius retentionis longe fortius ſit, quàm petitionis. l. j. §. ſane de ſuperficieb. l. inuitus. §. j. ff. de regu. iu. ❡ Amplia. j. cõcluſionem vt etiam incepto petitorio, agi poſsit poſſeſſorio recuperandæ. l. cum fundum. §. fina. ff. de vi & vi arma. quã glo. hic in fine citat. pro cõcordan. ❡ Amplia. ij. vt petitorio intentato inſtitui poſsit poſſeſſoriũ adipiſcendæ. l. j. §. quod aũt. ff. quor. lega. pro vtraque ampliatione. text. eſt in. c. paſtoralis de cauſ. poſſeſſ. Amplia tertio vt non ſolum ante litem conteſtatam ſuper petitorio poſsit poſſeſsorium cumulari. Sed & lite quidem cõteſtata. Paul. caſtren. hic ex verb. agere cæpit iuncta. l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi. ❡ Longior ſupramodum eſt huius concluſionis explanatio propter multiplicitatem intellectuum & lecturarum. Idcirco premittam vltra glo. Bart. & doct. modernos quaſdam dubitandi rationes in noſtram concluſionem, quibus tandem ſolutis, ingrediemur glo. magnæ & oppoſitionum Bart. narrationem.

3 ❡ In primis †itaque contra noſtram hanc ſecundam concluſionem ſic ampliatam oppono quòd lite conteſtata ſuper petitorio non liceat agere poſſeſsorio, nam poſt litem conteſtatam nihil de nouo adiungi iudicio poteſt. l. non poteſt videri, Preterea iudex ſuper re prepoſita cognoſcere debet. l. de qua re. in princip. ff. de iudi. Ideo petitorium terminare tenetur. ❡ Tertio adduco tex. in contrarium in. c. paſtoralis, verſic. ſi renunciatum fuerit, vbi non licet indiſtincte, ad poſſeſſoriũ redire, cõcluſio tamẽ tex. nihil diſtinguit nec nos diſtinguere poſſumus. l. de precio de publi. ergo. ❡ Quarto facit tex. in. l. edita cum ibi notatis. C. de eden. vbi quis nõ poteſt libellũ ſuũ mutare, non põt alterũ remediũ cumulari, & ſi quãdoque licet in ſpeciali caſu prout ius dicentis dictat æquitas, non debet actor qui vexauit reum in petitorio laboribus, & ex peñ. audiri, niſi eiſdẽ refuſis, accedat ſinem. c. ſi litibus. extra de dolo. vbi reus falſis exceptionibus vſus i ex peñ. mulctatur, multo magis actor, qui debuit munitus venire. l. ſi quando. C. de dilatio, atqui text. iſte nihil tale conſtituit, immo actori impune

mutationem libelli permittere videtur,ergo. ¶ Quinto in cõcluſionem obijcitur, quòd nõ debeat quis in iudicio vagari preſertim cum diſcrimine alterius.c.vt qui duas de electio.in.vj l.pretor edixit.ff.de iniurijs. Sed per noſtrũ tex.actor variat modò petitoriũ inſtituit,modò ad poſſeſsorium redijt,quod an reo noceat dubiũ non eſt,accedat l.ſi quis iuſiurandum cõ nota.ibi.C.de reb.cred.& iureiu. ¶ Sexto, quòd actor in poſſeſsorio audiri non debeat intentato pri⁹ petitorio, certum eſt neminem in iudicio audiri poſſe actione deſtitutũ. l. ſi pupilli in fine.ff. de nego.geſt. atqui actor iſte omiſſo petitorio actione caret,quãdoquidem perſonalem nullã habet, nec realem quã omiſit & cum nulla ſit alia.§.omnium inſtit;de actio.cõcludendum eſt,eum haud quaq̃ audiri debere. ¶ Non ſunt tamen hę obiectiões eius generis,vt concluſio noſtra vel debilitata videri debeat.

¶ Primum enim fundamentum de . l. non poteſt videri diſſoluitur, vt poſt litem conteſtatam nihil noui accedere poſsit,in eadem inſtantia, ſed noua interpellatione opus eſt . Et poſſeſsoria noua eſt,& primæ ſcilicet petitorię valide abſimilis vt.ſ̃.dixi.

¶ Secundum etiam non obeſt,quoniam regula †.l.de qua re.ſi verè 4
intelligatur, vult iudicem compellendum pronunciare ſententiam ſecundum conſilij deliberationem,& ſecundũ prehabitam cognitionem,ſuper quo etiam extat ordinatio regia,& eſt bon⁹ tex.in.l. ij. C. de ſentẽ.C.ex periculo(alias breuiculo vt Alcia.legit)recitã. Siquidem.l.de qua re intelligas vt doct.declarãt,quòd ſcilicet ferenda ſententia ſit †conformiter ad libellũ & litem ſuper eo conteſtatam per.l. 5
vt fundus.ff.cõmuni diuid.c.licet hely.de ſumo.l.final.C.de fideicõmiſſa.libert Puto reſpondendum,ſi actor ſcilicet perſequatur.l.j. C. vt nemo inuitus, At vbi actor inſtantiam perſequi nõ cogitur.vt hic, nec iudex de ea cognoſcere compellendus eſt . Replicabit ꝗ uectus de auctẽn.qui ſemel. C. quo & quãdo iudex vbi actor adf nem vſq̃ perſequi iubetur, & ſolet hęc obiectio fieri cõtra l. edita. C.de eden. magis recepta ſolutio eſt,ꝙ in ea auctẽn.qui ſemel actor perſequi cogat ſic vt non rerũ in ſuſpenſo teneat;atqui aut omnino deſiſtere, aut perſeuerando ei intentionem ſuam mutare conceditur,hanc ſolutionem ponunt Bal.& Salic.in ea auctẽn.qui ſemel,eam probant communiter doct.in ea l.edita.Hanc etiam ponunt ſcribeñ.in.§.ſi minus vbi vide Iaſ.nu.xiij.inſtitu.de actio. Quod ꝓpoſito noſtro ſatis conuenit , quoniã hic actor ſuper poſſeſsione eiuſdem rei ſuam intentionem proſequitur. ¶ Hęc communis doctorum ſolutio mihi videtur

K

amare lites & controuerſias, quòd non modo non reuocet litigantes,
6 ſed eos incitet, & cogat, Quod † neq; probi reipublicæ moderatoris eſt, nec legunlatorem decet. l. quidam cõſulebant in fine. ff. ſi cert. peta. Ideoq; noſter princeps ſuorum ſubditorũ amantiſsimus, vt proceſſus & litigia interirent, plures ordinationes ſanctiſsime cõſtituit. videns proteruitate litigantium & cõtrouerſiarum multitudine ſubditos valde deprimi, Tu pro ſolutione huius replicę, quę fortis eſt, cogitabis. ¶ Tertium fundamentum de. c. paſtoralis verſic. penult. probat vnam limitationem ad noſtram concluſionem, quæ locum non habet. Si fuerit renunciatum & concluſum in cauſſa petitoria, per eam enim renunciationem & cõcluſionem in cauſſa ius eſt alterutri parti queſitum. c. cum dilectus de fide inſtru. extra vbi per Fel. plures eius effectus notabiliter colliguntur. Quod iterum intelligas, niſi ratio quedam æquitatis etiam poſt renunciationem poſſeſsorium admitti perſuaderet, vt in eadem decretali ad finem deciditur, exempla vide ibi per doctores. ¶ Quartum argumentum non multum ſtringit, quoniam mutari non poteſt actoris intentio, nec remedium cumulari, niſi iudicis æquitas id agendum videret, per illum tex. quę ſumma profecto hic eſſe cognoſcitur, vt actor facilius ſuũ conſequi
7 poſsit. cui quidem actori † à principio iudicij vehementer fauetur. l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iud. notat. glo. in. c. cum ad ſedem. de reſtitutio. ſpolia. Quod autem dicitur de ex peñ. nihil nunc affirmo, quòd ſecundum facti contingentiam, & ſecundum lecturarum varietatem. actor expeñ. reffundere debet, vt dicam poſt Bart. in. ij. lectura. ſ. ¶ Quintum etiam non multum obeſt, licet enim verũ fuerit, neminem poſſe cum preiudicio tertij vagari, nec admitatur variatio per eam. l. ſi quis iuſiurandũ. Quandoq; tamen ex cauſſa lex vnicam variationem patitur, vt in eadem. l. ſi q iuſiurandum. l. nonnunq. ff. de colla. bono. in aucten. vt fratrum filii in principio coll. noua, potiſsimum quãdo fit ſine notabili preiudicio, vt hic, vbi actor multoties ex peñ. refundere tenetur, in petitorio factas, prout infra dices. Qui actor à principio poſſeſsorium intẽtare potuiſſet, ſic fit, vt ſe leſum reus. affirmare iure non poſsit.

¶ Sextum argumẽtum venatur, quenam actio intentetur ab eo qui poſſeſsorium remedium proponit, Regula eñ communis, quę vult, ꝙ nemo ſine actione iudicio adeſſe poſsit, etiam ſi quaſdam limitationes ſubeat, vt primùm in actore loquatur quia reus, iudex, actionem non habent. Inſuper ſatis eſt officium iudicis competere glo. in

§.j.inſti.de actio.declarant Bart. & moder.in.l.j.ff.de iurid.omnium
iudic.& alias quinq; declarationes ponunt Bart. & Iaſ.in.l. ſi titius.
ff.de verbo.obliga. Non deeſt tamē in noſtro †caſu actio. l. actionis 8
verbo.§.interdicta.ff.de actio. & obliga.§.fina.inſtit. de interdict.l.
fina.C. de interd. non quidam realis, nec merè perſonalis,ſed perſo-
nalis in rem ſcripta.l.j.§.interdicta.ff.de interdict.alibi vocatur reme
dium extraordinarium.l.incerti iuris. C.de interdict.nunc ſatiſfactū
eſſe puto oppoſitioni noſtræ.

¶ REDEO itaq; ad oppoſitiones gloſſ.& Bart.quæ tunc demum
commodius intelligentur ſi gloſſam magnā in verbo(qui cæpit) li-
teraliter declarauimus, quam,vt facilius intelligatur,doctores varij
modis diuiſerunt,diuiſio †enim animum legētis incitat,mentem in- 9
telligentis preparat,& memoriam artificioſè reformat.glo. in.§.igi-
tur in prohoe. inſtit. maxime profecto comendari debet modus iſte
diuidendarum gloſſarum, licet permultos docentes eſſe intelligam,
qui non modo diuiſiones gloſſarū. Sed & earum declarationē abho-
rent,quod puto eis cōtingere, qui gloſſas nō intelligunt,& ſanè tex.
corticem ſolum atingunt. Ego diuido †in tres partes principales.In 10
priori parte gloſſ. elicit ex text. noſtram concluſionem. In altera ibi
(quod eſt falſum) eam impugnat fortiſsime de his quæ notantur
in.l.ſi de vi.ff.de iud.In.iij. circa finē ibi(& facit)glo. citat cōcordan-
tes ad noſtrum tex. Rurſus ſecūda pars quę eſt lōgior habet ſeptem
particulas.In prima opponit. In ſecunda ibi(hic ergo) dat vnam ſo-
lutionem. In tertia ibi(vel egi) ponit ſecūdam ſolutionem.In quarta
ibi(vel dic etiam)glo. dat tertiam ſolutionē. In quinta ibi (ſed certe)
ſecundum communem declarationem glo. replicat aduerſus illam
tertiam ſolutionem & poſtea ſatiſfacit replicæ.In ſexta ibi(vel dic a-
gi)ponit quarta ſolutio.In ſeptima ibi(vel dic tertio)glo.ponit quin-
tam ſolutionem. Sic diuidendo, clariſsima eſt mens gloſſæ prout à
doctoribus communiter intelligi ſolet. Iaſon tamen hic dicit ſe plu-
ries legendo hanc expeditionem gloſſæ ſecutum. Sed tādem viſa eſt
ei mens gloſſæ longe alia, vt ſcilicet gloſſa formet contra text. duas
oppoſitiones principales. Prima vadit ad noſtram concluſionem,ſe-
cunda oppoſitio quę eſt ibi(ſed certè)tendit contra vltimam partem
text. ex qua colligitur tertia principalis concluſio. Ego puto ꝙ Iaſ.
melius fecerat antea ſecutus cōmunem, etēm in eo verſic. (ſed certe)
glo.replicat ꝯtra tertiā ſolutionē de tex.i fine dicit ēm glo. (quod hic

ſtatim negat) & nõ oponit cõtra text.vehementer ergo refert dicere ꝙ glo.pugnet cõtra tex.in fine aut ꝙ pugnet de tex.in fine. Preterea illa verba (ſed certe) mẽtem quam Iaſ.ſomnauit,habere non poſſunt, nec eſt de mẽte Accurſ. tam oculte ad nouam materiã diſgredi prorſuſꝗ ſeparatam. Inſuper oppoſitio quam Iaſ.hic dicit contra tertiam partem tex.fieri, non valde differt à prima oppoſitiõe,quia ex prima pretenditur ea contrarietas,quam Iaſ.perquirit in ſua noua ſcõa opposi. Tene igitur declarationem Bart.& cõmunem, nec diſputes de mente gloſ,quę non eſt obſcura,ſed diceptes de veritate eius, quę ponit quinꝗ ſolutiones ad illã fortem oppoſitionem,quarũ tres tendũt ad vnum finem,videlicet vt in hoc tex.non concurrãt petitorium & poſſeſsorium,Quarta ſolutio vult ꝙ non ſit mirũ ſi concurrant quia poſſeſſorium incæpit de nouo competere. Quinta quòd remedium
n poſſeſsoriũ cõpetat ratione ciuilis actori cõpetentis,contra poſsidentem naturaliter. ¶ Dic† ergo ſic,in tex.noſtro dicitur intentato petitorio non prohiberi actorem agere poſſeſsorio. Cõtra illa duo remedia non poſſunt cumulari not.in.l.ſi de vi de iud.ff. per tex.in.l.ordinarij iuris.C.de rei vendic.l.incerti iuris.C.de interdict.

¶ Prima ſolutio eſt,hic non concurrunt,quia actor ſuccubuit in petitorio,ideo priùs per abſolutoriã petitoriũ erat terminatũ. ¶ Secunda,non concurrunt quia actor expreſſe renũciauit petitorio, Idcirco petitoriũ erat iam finitũ. ¶ Tertia,non concurrunt, quia actor tacitè renunciauit petitorio, precedentes duę ſolutiones non in iure conſiſtunt,ſed in facto, Atqui tertia ex iure dependet, quòd ius à glo. non omittit,tex.eſt ergo in.§.æque.verſ.ei vero inſt.de actio.tex.in.l.j.§. perpetuo.ff.vt poſside.l.poſt diem.ff.de leg.commiſſaria,vide illa iura & ea voce fideliter inducas. ¶ Cõtra hãc tertiam ſolutionem quæ habet, quòd actor inſtituendo poſſeſſoriũ tacitè renunciet petitorio, eſt tex.hic in fine de quo glo. fortiter replicat, nam vult dicere glo.ſi ita eſt,ꝙ actor poſt intẽtatum petirorium inſtituendo poſſeſsoriũ renunciare videretur petitorio, dicere oportet, econtrario ꝙ intentans petitorium renũciat poſſeſsorio,contra vltimã partem tex.non enim aſsignabitur differentiæ ratio. Reſpondet tamen glo.volens deffendere tertiã ſolutionem,ꝙ in fine tex. agens rei vendic.non videbatur renunciare poſſeſſorio, qm̃ ignorabat ſe poſſeſſorem eſſe, poſſeſsionem eñ habebat facto ſui ſerui aut filij,vel arbitrabatur actor deffenſorem poſſeſsionem habere,& eã non habebat. Sed quia hæc replicę ſolutio eſt diuinatiua, ſicut etiam ſolutiones precedentes, glo. ponit

quartam ſolutionem in qua fatetur Accurſ. ꝙ cōcurrant petitorium & poſſeſsorium. Sed id tolleratur hic, quòd cōpetat poſſeſsorium illud ex noua poſſeſsiōe, quam actor introducto petitorio nactus eſt, plus tamen diuinationis hic reperitur, ideoꝗ adferē vltima ſolutio.

¶ Quinta igitur ſolutio & vltima eſt, ꝙ hoc caſu petitoriū & poſſeſſorium retinendæ cumulētur, ſed petitorium contra poſſeſſorem naturaliter, & poſtea poſſeſsoriū inſtitutum eſt ratione ciuilis poſſeſsionis cōpetentis actori. Turbabatur em̄ illa ciuilis, per reum corporaliter rem detinentē, concurſus ergo, ſi diuerſas ſpecies poſſeſsiōis inſpicias, non improbatur facit tex. in. l. officium de reivendica. ℨ. quo caſu eodem tēpore per duplex illud cumulatum remediū, & de turba, & de dominio diceptabitur. l. ſi duo. §. ij. ꝭ. vti poſsidet, not. in. l. clam paſsidere. §. fina. ℨ. eodem, Sum in vltima parte glo. vbi citantur duo iura concordantia, tex. in. l. penul. in princip. quę concordat ad principium tex. ex quo primā accepimus concluſionem, item tex. in. l. cū fundum. §. fina. qui concordat cum ſcd̄a parte text. & cū noſtra ſcd̄a concluſio. vt ſcilicet admittatur concurſus petitorij & poſſeſsorij. habes literaliter expeditā glo. quę latiſsimè examinabitur, dum (vt moris eſt noſtri) doctrina Bart. expedietur. ¶ Bart. itꝗ verſic. (venio ad ſcd̄am) reſoluit ſolutiones illius fortiſsimi contrarij de. l. ordinarij iuris de. l. incerti, quę iura prohibent cōcurſum vt dixi. ¶ Prima ſolu- 12
tio eſt, † quòd non ſit concurſus petitorij & poſſeſsorij, quoniā actor in petitorio ſuccubuit, reuſꝗ fuit abſolutus, ſicꝗ petitorium fuit finitum per abſolutoriam ſententiam, deinde egit poſſeſſorio. Ideoꝗ non obſtant contraria, quę prohibent concurſum & cumulationem, quā hoc loco inuenire non poſsis, ſed vnū poſt aliud inſtituitur, Sed contra iſtam lecturā (tu habes in tuo libro ſecundo contra &c. & malè) Bart. opponit, quia cauſſa proprietatis quę fuit deciſa ī iudicio petitorio abſorbet cauſſam poſſeſsionis, finito em̄ petitorio totū finitur glo. in. l. ij §. quedam in verb. liberis. ꝭ. de interdict. text. in. l. j. §. final. ꝭ. de aqua. quotid. & eſtiua. ponit Dy. in poſſeſsorio retinendæ in. c. q ad agendum de reg. iur. in. vj. ¶ Bart. ſoluit altero de duobus modis poſſe reū abſolui, Vno quòd actor nihil probauerit nec reus etiam. Ideo locum habuit. l. final. C. de reivendic. l. qui accuſare de edē. C. Et hoc quidem priore caſu procedit nr̄ primus huius. §. intellectus. nam per illam abſolutoriā reus non preſumitur dominus. l. ſed ſi poſſeſſori in princip. ff. de iureiuran. Ideoꝗ in poſſeſsione rurſus conueniri poteſt. l. ſi inter. ff. de exceptio. rei iudic. ¶ Altero caſu reus abſol

K iij

uitur quòd ipſe probet ſe dominum.l.circa.ff.de probatio.& tũc abſolutoria in petitorio abſorbet poſſeſſoriũ & procedit contrariũ,hæc fuit diſtinctio Dy,vt ex verbis ſuis colligi,iquit Bart.hic. ¶ Secũdo contra prędicta(hęc eſt replica potius ꝙ nouũ contrarium.Ideo corrupte habes(tertio contra)opponitur ergo & replicaẽ cõtra ſuperiorem diſtinctionem,Si abſolutoria lata ex probatione dominij preiudicet in poſſeſsorio retinendę inferendũ eſt poſſeſsorem nunꝗ poſſe vti poſſeſsorio aduerſus allegãtẽ dominiũ,cui rcpugnat tex.in.l.vim facit.ff.de vi & vi armara not.in.l.ſi de eo.§.fin.in fine glo.vbi diſponitur contra agentem interdicto retinendæ nõ poſſe exceptionẽ dominij opponi.Solue inquit Bart.propter pcedentia cõtraria Ray.tenet cõtra Dy.in poſſeſsorio retinendę & iſtud idem Barr.ſequitur,quòd ſcilicet nõ cõſiderętur dominiũ.Saluari tñ poteſt dictum Dy.ꝙ ſcilicet allegatio dominij impediat poſſeſsoriũ aduerſarij qñ eſſent † pa

13 res probationes ſup poſſeſsiõe,etẽ tum qui de dominio doceret, potior eſſe videẽ tanꝗ habens iuſtiorẽ poſſeſsiouẽ.Cy.id tenet in.l.j.C. vti poſsidetis in penul. queſt.quod ſanè ſingulis diebus ſeruari video per.c.licet cauſſam de proba.Vnde.ſ.dixi obtimũ eſſe ꝙ agentes poſſeſſorio ꝑducerẽt titulos ad cõfortationẽ poſſeſsorij, & appellaẽ hęc poſſeſsio titulata. Bal. in.l.q accuſare.C.de edẽ.& qñ dubitaẽ de meliore & antiquiori poſſeſsione ea iuſtior eſt & fortior poſſeſsio, quæ magis eſt à proprietate cauſata. Bal.in.l. data opera.C.de his q accuſa.poſſ.dicit etiam Bal.in.c.licet cauſsã de ꝓba. extra quod etiã inter duos predones is interdicto vincit,qui probat titulũ hęc tibi plurimũ prodeſſe poſſunt,etiam in.j.capite manutenẽtię, qñ hinc inde recens poſſeſsio probareẽ,vt ſcilicet is obtinere debeat, qui de titulo melius iuſtificabit.Per hanc opinionẽ Ray.Bart.limitat glo.in.l. ſi de vi, in fine magnę glo.quę volebat,eũ non poſſe in interdicto obtinere, cõtra quem aduerſarius incõtinẽti de dominio & iure ſuo docebat. Debet itaꝗ intelligi,qñ agitur interdicto adipiſcendę,nõ autem qñ retinendæ, Tunc eñ dominij allegatio recipi regulariter non debet, & glo.etiã ibi id velle videtur, dum dicit exceptionem dominij opponi ſecundum regulam dolo facis. Sic etiam intelligitur quod dicit Cy. in.l.ij.C.de edict.diui Adria.tollen. cum Bart. ſimpliciter tranſeunt alij doct.licet Iaſ.hic nu.xlij.poſt Aret. ſubdat. norabilẽ limitationẽ quam vide (vt igitur) Bart. ſuo more hunc locum an abſolutoria in petitorio lata pariat exceptionem rei iudic.in poſſeſsorio pulchra diſtinctione reſoluit.cuius diſtinctionem tu clarius perſequentes cõclu

ſiones cōplectaris, in quib⁹ nō ero multus, quòd ꝙ plurimis alijs ne-
gotijs vrgear. Prima concluſio, ſententia † abſolutoria lata ſuper pe- 14
titorio parit exceptionem rei iudicatæ ſuper poſſeſſorio quod habet
cauſsā proprietatis annexam. l. ij. §. quedā & ibi glo. in verbo liberis
ff. de interdict. ſup hac cōcluſione ſcilicet, Rub. Fab. & alij ꝑmulta
dicunt ſicut etiā ſuper ſequentib⁹, ego ea tm̄ attingā, quæ vobis vide
rim & vtilia & neceſſaria. Vidēdū eſt itaq;, quod ſit interdictū habēs
cauſſam proprietatis annexā: deinde adferenda ſunt exēpla, interdi-
ctum cauſsā proprietatis † habet qn̄ ſimul de iure & poſſeſsione que- 15
rendum eſt, aut ſcd̄m Fab. hic nu. xxv. quando actor poſſeſsionē ha
bere non pōt, niſi de iure & titulo doceatur. Ex quo infert pro poſſeſ
ſorio beneficiorū remediū cauſſam proprietatis habere, vbi titulo a-
ctor eger nō dubitatur. c. j. de reg. iur. Panor. in. c. in literis. nu. xij. de
reſtitu. ſpolia. habes pro hoc tex. in. d. §. quedā ibi quę de locis ſacris
& religioſis, & ideo locū haberet noſtra cōcluſio, vt abſolutoria la-
ta in beneficiorū petitorio poſſeſſoriū impediat. Sequitur etiā poſſeſ
ſorium coniugū inter ſe cauſſam proprietatis annexam habere. c. ex
tranſmiſſa. c. ex parte. extra de reſtitu. ſpolia. Pone nunc exēpla qui-
bus facilius iſta quidem intelliges. Vnum eſt de interdicto de itine.
actu. q; priua. d. §. quedam. l. iij. §. hoc aūt interdicto de itine. actu. q;.
priua. ¶ Contra hoc exēplū. j. opp. quia agēs hoc interdicto tm̄ con-
tendit de vſu. l. j. in princ. verſic. ſine igitur. l. iij. §. ait pretor. illo titulo.
Ideo qn̄ actor ſuccubuit ī petitorio cū ageret de alia re ſcilicet de iure
ad diuerſa tendere palā eſt, quo fit vt cōcluſio Bart. in hoc interdicto
verificari nō poſsit. Scd̄o hoc interdictū cōpetit vſufructuario. l. ij. §.
pomponius. ff. ſi ſeruitus vendicet cuiius nulla ex parte cōpetit, qui
igitur dices illud cauſsam proprietatis habere. Tertio impedito poſ-
ſeſſori ius habēti cōpetit cōfeſſoria. l. loci corpus. §. ſi quis mihi. neceſ
ſum eſt ergo alterū ſupfluere. Cogita ſup ſolutione horū, qm̄ inutilis
mihi videtur inueſtigatio & quòd dupliciter cōſideretur interdictū
de itinere actu. q; vide Fab. hic nu. xxv. & Petr. craſſ. in rep. c. cum ad
ſedem. fo. 5. ¶ Alterum exemplū eſt de interdi. de libe. exhibēdi. d. §.
quedā, quod tamen non habet verè cauſſam proprietatis. non em̄ eſt
liber homo in dn̄io. l. j. §. quę nullius. ff. de interd. ſicut nec in poſſeſ-
ſione. l. cum heredes. §. finali. ff. eodem. Ideóq; varia pro his compe-
tunt remedia vt not. in. d. §. quedam in verb. liberis. Tertium exem-
plum de aqua. quotidia. & eſtiua. l. j. §. final. ff. illo titulo, vbi text. in
propoſito notabilis.

16 ¶ An aũt remedia † poſſeſſoria pro ſeruitutibus alijſq; iuribus cauſ-
ſam proprietatis annexam habeant? vtiliſsimum eſt intelligere pro-
pter concluſionem noſtram & quintam. Vnũ in primis expeditum
eſt, pro ſeruitutibus & alijs iuribus poſſeſsorium competere. l. quo-
ties in.ij.ff.de ſeruitu.titu.generali.l.finali.ff.vti poſsidetis.l.ſicuti.§.a-
riſto.in fine.ff.ſi ſeruit. vendic.&.ff.ſepe dixi, quod quidem poſſeſſo-
rium licet videretur cauſſam ꝓprietatis annexam habere arg. d.l.iij.
§.hoc autem interdicto de itiner. actuq;. Potiſsimum quod pro ſolo vſu
& quaſi poſſeſsione confeſſoria competere dicatur. l. ſi quis diutur-
no.§.j.ff.ſi ſeruit.vẽdic.quę eſt realis actio.l.ij.ſi ſeruit.vẽdic.§.æque.
inſt.de actio. Nihilominus tamen verius arbitror eiuſmodi poſſeſſo-
rium non habere cauſſam ꝓprietatis annexã. Preſertim ſi de iuribus
ꝓphanis loquamur, tex.i.l.fina. vti poſside tex.in.d.l.ſicuti.§ ariſto.
in fine ſi ſeruitus vendic.iuncta.l.ij.§.hęc autem de interdict.ff. Acce-
dat quod pro iure ſeruitutũ, paſcuorum, pedagiorũ, iuridictionũ & ſimi-
lium formentꝰ remedia poſſeſsoria in qbus probato ſolo vſu eiuſdem
iuris obtinetur in.j.capite, in quo deprehenditꝰ differentia interdicto-
rum vt dixi in præfatione quinta. Super ſcđo enim capite iura, quę
ſeruitutibus vtamur, ſunt producenda. & non ſolum ex poſſeſsione
17 ſed ex titu.iudicatur. Vnde videretur † ſcđm caput cuiuſq; poſſeſſo-
rij habere cauſſam proprietatis. Et ſi reſpondendum putes quod etiam ſi
in ſcđo capite de titulis doceatur, non conſiderantur tñ tituli princi-
paliter, nec ſup his fertur ſententia niſi incidẽter, in interdicto autem
quod habet proprietatis cauſſam etiã principaliter de iure & titulo
cognoſcitur. Statim replicabo quòd in poſſeſſorio bñficiorum de ti-
tulis nõ cognoſcitur, etiam in pleno poſſeſsorio & diffinitiuo, & ta-
men dixi ſ.huiuſmodi poſſeſsorium cauſam proprietatis habere per
eum.§.quædam in his verbis (quę de locis ſacris). Dicito originem,
primiq; capitis naturam inſpici debere.l.qui id quod.ff. de donatio.

¶ ALTERA, eſt cõcluſio, ſententia abſolutoria lata ſup petitorio non parit exceptionẽ rei iudi.ſup poſſeſsorio recuperãdæ. Ratio eſt, quoniam ſpoliatus ante omnia venit reſtituendus.l.ſi quis ad ſe fundum.C.de vi public.not. Dy.in.c.qui ad agendum de reg.iu. In hãc Bart.concluſionem diutius immoraremur, niſi vos cõtentos putem his, quę neceſſaria ſunt: reliqua tãdem à doct. in alijs locis excipietis. Primo itaq; perquirenda eſt concluſionis veritas. Poſtea verò examinabimus cõmunem regulam, de qua Bart.ſuæ deciſionis rationem facit, nempe ſpoliatus ante omnia eſt reſtituẽdus. Quòd igitur abſo-

ſitoria ſup petitorio lata non impediat †remediū recuperādæ. Pro- 18
batur primo per eam regulam ꝙ primū res ablata ſit reſtituenda. d.l.
ſi quis ad ſe fundum ibi(ante omnia violētiæ cauſam examinari pre-
cipimus) & ſi audiretur allegans ſententiā pro ſe latam. id non eſſet
reſtitutionem ante omnia fieri. Secūdo vltra Bart. pro cōcluſione eſt
text.in.c.porro de diuort.vbi reſtitutio fit mulieri,etiā ſi notoria fue-
rit exceptio aduerſus eā cōpetēs. Tertio tex.in.c.in literis vbi etiam
predo, & is cui nihil dominij competere certum eſt, rem ſibi reſtitui
contēdit. Quarto tex.optimus in.c.cum dilectus de ord.cognit. vbi
nobiles de aratone allegantes ſpoliationem, non repellebantur qua-
cunq; dominij allegatiōe aut prompta eius probatione per abbatem
de ferentino facta. Quinto facit tex in.l.cum fundum.§.final.ff. de vi
& vi arma. vbi fit cumulatio petitorij & poſſeſsorij recuperandæ &
in.c.paſtoralis extra de cauſſa poſſeſ.ergo ſententia in vno lata nō pa
rit &c.l.fundū.l.fundi de exceptio.ff. Sexto accedat tex. ī.l.cū fundū,
& in l.colon⁹ de vi & vi arma.vbi colonus ſpoliat⁹ reſtituit,licet dñs
iuſſerit rem emptori tradi,licet etiā dñs & emptor nō diſsimiles cen-
ſeant. Septimo cōſiderandū eſt,quòd ſpoliat⁹ius ſuū amiſit ſua teme
ritate.l.ſi qs in tantā.C. vnde vi longè magis ergo ius ex ſententia cō
petēs. Octauo hanc concluſionē tenet glo.j.in.c.ſolicite.glo.in.c.pa-
ſtoralis de reſtitutio.ſpolia. Bart.in.l.ſi de vi ad finem de iudic.ff. Pa-
nor.in.c.literas de reſtitutio.ſpolia. Tu adde ꝙ ſi teneas iudicandum
hoc modo, cohibebitur mirandum in modum audacia, & temeritas
hominum, qui alioqui audacter rem arripere non verebuntur, quo
fit vt hæc opinio ſanior mihi videri ſoleat.

¶ Contra hanc concluſionem, quòd imo ſpolians in petitorio abſo-
lutus non poſsit poſſeſsorio recuperandæ conueniri tenent doct. cō-
muniter ſcōm Alex.& Iaſ.hic.tenet Paul.caſtr.in.l.ij. C.de edict.di-
ui Adria.canoni.in.c.ij.de cauſ. poſſeſ. qui proculdubio fortioribus
fundamentis non caret. ¶ Primo.exceptio notoria impedit remediū
recuperandæ.c.ſignificaſti de diuort.vbi mulieri quæ notoriè comi-
ſit adulterium non reſtituitur maritus. Sed qui habet ſententiam pro
ſe notoriam habet exceptionem.c.veſtra.c.fina. extra de cohabit.cle
ricorum & mulier.l.emptorē ſi princip.ff.de actio.empt. ¶ Secūdo
adducit.tex.in.c.j.de reſtitutio.ſpoliato. vbiq paſſus eſt ſe ōcuenire
ſuper petitorio,nō auditur ſuper poſſeſſorio recuperandæ, multomi-
nus is qui in eo petitorio ſuccubuit, vt plus poſsit ius deciſum, & in-
ter eos decidendū & ad rē.c.finali in fine de cōceſſ.prebend. ¶ Tertio

facit tex.in.c.ad decimas de reſtitu.ſpolia.vbi clericus poſſeſsione de cimandi ſpoliatus repellit notorio defectu tituli ergo,q p ſententiã a ꝓprietate repulſus eſt. ¶ Quarto facit text.in.c.lr̃as de reſtitu.ſpolia. vbi mulier ſpoliata marito non reſtituitur qñ ad probandũ impedimentũ deducit prõpta probatio,quę non poſſet prõptior eſſe ꝙ p ſententiã. ¶ Quinto cõſidera ꝙ circuitus eſt euitãdus.l.dominus teſtamento.ff.de condict.indeb.l.j.ibi(extricabiles circuitus.C. de ſentẽ. quę pro eo. Sed lata ſententia ſuper dominio, etiã ſi ſpolians conueniretur recuperandæ iudicio & ſucuberet etiã. poſtea tamen eidem res reſtituenda erit.l.qui reſtituere.ſ.de rei vẽdic. ¶ Sexto is qui ſuccubuit in petitorio agẽs recuperandæ dolo facit petens quod immediate reſtituturus eſt,l.dolo facis.ſ.de exceptio.dol. ¶ Septimo accedat tex.in.l.duobus.§.contra ſi iurauerit,vbi qui ſuccubuit per iuramentum ab aduerſario preſtitum, nõ auditur in ea re allegans actionem rerum amot.quę eſt ſimilima interdicto recuperãdæ. ¶ Octauo vbi agens eſt in euidẽti calũnia repellẽdus eſt clemen. j. de re iudi.l. ſatis aperte.C.de falſ.Sed qui ſuccubuit in petitorio nemini videtur non calumnioſe acturus,quòd nihil ꝓprietatis, nihil dominij ſe noſcat habere, Æquius ergo eſt ſecũdum iudicium non eſſe admittendũ. potiſsimum ꝙ eſſet vehementer fruſtratorium, & partibus damnoſum,in autẽ.vt cleric.apud prop.epiſ. coll.vj.§. final.In hoc articulo tanta etiam doctiſsimis eſt viſa dubitatio. vt neminem ex moderſuioribus viderim, qui pedem tuto fixerit. Omitto ꝙ iura hinc inde. adducta non mediocrem inter ſe repugnantiam habere videantur. Quæ tamen rectè conſiliabis, ſi doctores ibi per legeris dilıgẽt. Reſoluo igitur ſic. Primo, quando quis eſt re aliqua ſpoliatus qui poſſeſsorio primum vti poterat, & petitorium propoſuit, & ſuccubuit, puto eum non eſſe ad poſſeſsorium, quod cõtempſit, admittendum, arg.l.ſi quis iuſiurandum. C.de reb. cred.& l. fina.§. cum em̃. C.de iure delíber. ¶ Secundo,quando quis eſt re aliqua ſpoliatus pendente petitorio ſuper eadem re(non enim inconuenit actionem realem a poſſeſsore intentari)& id petitorium ad finem vſq; proſecutus eſt in quo ſuccubuit, non eum admittam ad poſſeſsorium recuperandæ, quod aut ſolum inſtituere aut cumulare poterat, arg.d.c.j. de reſtitutio ſpolia. & his duobus caſibus opinio. communis locum habet indubiè,videlicet ꝙ notorietas dominij excludat allegationem ſpoliationis.vide Iaſ. hic. nu.xliij.& ſequentibus. ¶ Tertio quando renunciatio & concluſio in cauſa aut poſt latam ſententiam abſolutoriam

actor eſt re illa ſpoliatus per reum, qui maluit propria auctori. vti,q; ſententia exequutioni mandari. Poteſt iudicio retinendę actor experiri, quod nunc primũ ſibi cõperijt, neq; id vſq; contempſit. Sic Bart. opinio. intelligi debet, quoniam ius retẽtionis fortaſſe ſpoliato competebat, aut in ſpoliatiõe damnum alioqui paſſus eſt, quod hoc caſu non licet ei aliter deducere. Sed in ſuperioribus caſibus, quia nondũ finito petitorio, nihil dixerit ſuper ſpoliatione. immo petitorium eſt perſecutus vehementer ei imputandũ arbitror. ¶ Amplia hunc tertium caſum etiam ſi ſententia abſolutoria lata fuiſſet, quia reus probauit ſe dominũ, hęc eſt mens Bart. hic dum loquitur de interdi. adipiſcendæ, nam militant adhuc rationes ſimiles. Non lubet vnicuiq; tex. rationum predictarũ reſpondere, quoniam in ſequente regula citabuntur ex cuius veritate pendet precedens deciſio.

¶ SVPEREST ergo examinare regulam hanc ſpoliatus ante omnia venit reſtituendus, quam ponit tex. in. d. l. ſi quis ad ſe fundũ tex. in. c. ij. de reſti. ſpoliato in antiq. tex. in. c. reintegranda, & tota illa cauſſa & queſt. iij. queſt. j. ¶ In hanc regulã Bal. Alex. ab Imol. prȩceteris, permulti etiam moderni diligentiſsime laborarunt Bal. & Salice. in. l. ij. C. vnde vi, & in. d. l. ſi quis ad ſe fundum. cano. in rubr. de cauſſa poſſeſ. & proprie cuius tituli materia ferè tota pendet ex hac generali regula. Nos paucis eã expedim⁹, adducentes primũ ampliationes & deinceps limitationes, eas inq;, quę facilius cõprobari poſſe intelligentur, nõ enim ſum neſcius complures alias vel ex ſcriptis doctorum hic colligi poſſe. ¶ Amplia. j. etiam ſi pactum antea factũ fuerit, ne reſtitutio petatur, nihil enim roboris id pactum habet. l. conuenire. ff. de pact. dotali. l. ſi vnius. §. illud. §. pacta. ſ. de pact. ¶ Amplia. ij. etiam ſi allegatur renunciatio ab ſpoliato facta. c. ij. de reſtitu. ſpoliato. intellige quando ſpoliatio poſt renunciationem fieret, ſecus ſi ante. c. audita illo titulo ¶ Amplia tertio vt etiã non audiatur ſpolians, qui reconuentionem allegaret, aut debiti vel liquidiſsimi compenſationem. c. fina. de reſtitu. ſpola. l. final. C. de compenſa. licet alibi paſsim reconuentiones admittantur & compenſationes. c. j. & ij. de nuntius petitio. l. cũ papinian⁹. & auten. ſequẽti. C. de ſen. ¶ Amplia. iiij. vt ſpoliãs teneat̃ de rebus amiſsis quę etiã ad ipſum nõ peruenerunt Bal. & Salic. in. l. ij. C. vñ vi vl̃ etiã ſi res perẽta fuerit. d. l. ſi. in fine. C. de compenſatio. l. fina. ff. de cõdi. furt. l. j. de eo quod met. cau. ¶ Amplia. v. vt ſtetur iuramento ſpoliati de rebus ablatis & per ſpoliatum perditis. l. ſi quando. C. vnde vi. c. fina. de eo quod met. cau.

l. ij.

¶ Sexto amplia etiam ſi res clam accepta fuerit nulla interueniente violentia Bart. per illum tex. in. l. ſi coloni. C. de agric. & cenſi. lib. xj. iſtud ſequitur Alex. hic. Et licet alij ferè omnes ſint in opinione contraria dicẽtes requiri ablationem rei expulſiuam niſi ageretur remedio. c. reintegranda. Ego tamen non facio vim quodnam remedium intentetur, quoniam actor coram iudice ſeculari. remedium illius. c. reintegranda poteſt intentare ſcdm omnes, quo fit vt nullius remedij in ſpecie habita mẽtione narreť ablatio rei quoquomodo facta cui iudex aptum remediũ aplicabit. c. dilecti filij. extra de iud. Sic tollitur vehemens illa dubitatio Bal. Imol. & aliorũ (qui per plures colũnas examinant an differat vis cõpulſiua ab ablatiua) precipue quod in libellis etiam remediorũ poſſeſſoriorũ adponitur clauſula (Ius dici. & iuſtitiam miniſtrari) quę omnibus libellorũ morbis medeť ſicut herba phoetenica. c. cũ dilectus. extra de ord. cognitio. ¶ Septimo amplia vt cũ omni cauſa & fructibus tam in re tunc exiſtentibus & interim per ſpoliantem perceptis reſtitutio fieri debeat. l. j. §. ſi fundum de vi & vi arma. glo. in. l. ſi maritus. C. de donat. inter vir & vxo. l. penult. de re milita. glo. in. c. ſuper cauſa. ij. queſt. vj. ꝙ etiam percipiendis & qui percipi potuerunt. c. accidens. ij. extra. vt lite. non conteſta. ¶ Octauo etiam ſi ſpoliatus eſſet predo. c. literis. extra de reſtitutio. ſpolia. vbi multa ad hanc ampliationem neceſſaria per doct. dicũtur Sed non lubet ſinapium de vna ſcutella in aliam mutare, vt dici Ioh. Fab. in. §. adeo inſt. de loca. ¶ Nono amplia etiã ſi ſpoliatus ſpoliantem aliquando ſpoliaſſet ex interuallo. l. ſi quis de ſe fundũ. C. ad. l. iuliam de vi, vide ibi Bal. ¶ Decimo etiam ſi ſit à iudice quis ſpoliatus. l. meminerint. C. vnde vi. c. conquerente. extra de reſtit. ſpol. intellige ſi iudex iuris ordinem non ſeruarit, vt ibi dicitur, aliàs autem ſecus. l. iuſte poſsidet. ff. eodem. ¶ Vndecimo etiam ſi is cõtra quem poſſeſſorium intentatur, non ſpoliarit actorem, ſed in ſpoliantis locũ ſucceſſerit. c. ſepe de reſt. ſpolia. c. quia. v. de iudic. ¶ Duodecimo vt ſpoliatus à nullo poſsit criminaliter accuſari, noc contra eũ inquiri. c. primo, de reſt. ſpoliato. in. vj. c. venerabili de off. delegat. extra. ¶ Vltimo amplia, vt aduerſus eum qui iuſsit, mandauit, aut ratam expoliationem habuit, reſtitutionem fieri petere ſpoliatus poſsit. c. cũ ad ſedem. extra de reſt. ſpolia. cum ibi nota.

¶ HÆC cõmunis regula ſic ampliata ſolet varijs modis limitari. Et in primis qñ ſpoliatus conſentiret ab ſpoliante de rei ablatę proprietate agi. c. j. de reſtitutio ſpoliato, multa ibi à doct. dicuntur ſuper hac

limitatione,quæ nõ tranſcribo. Quę oia practicus euitabit ſi pro ſpoliato impetrentur literę regię quibus releuetur ſpoliatus ab omiſsione exceptionis,vti ſepiſsime vidi obſeruari, facileq; eiuſmodi literas à cancellaria Tholoſana concedi,quod iure cõprobari poteſt.l.in criminali ibi ſine celeſti oraculo. C.de iurid.omnium iudi. ¶ Secundo limita quando poſt ſpoliationem pactum eſſet, ne ablatorum reſtitutio petatur glo.notabilis.in.c. ex inſinuatione de procura. in verb.aliud canonicũ à doct.recepta . Tu aduerte eiuſmodi trãſactiões prodeſſe ſpoliãti ꝙtum ptinet ad intereſſe ſpoliati . Si quid tamen delicti ſit comiſſum non ei prodeſt talis etiam poſterior conuentio, quominus inſtante procuratore regio condẽnetur.glo.in.l.diuus.ff.ad Sylle.Bart.in.l.j.§.vſq;.ſ.de iniurijs . ¶ Tertio quando ſpoliatus deinde ad eam rem petitorium remedium adcommodat aut iam ceptum cõtinuat,& ſuccumbit in eo,tunc ſanè allegatur abſolutoria contra remedium poſſeſsorium ſuper ſpoliatione,quo ſe fecit indignum.glo. in.d.c.ex inſinuatione de procurato. & ſtatim precedentẽ articulum ſic reſoluimus . ¶ Quarto fallit quando ſpoliatio eſſet à tertio facta, de qua ſpoliatus alteri non põt obijcere.c.frequens de reſtitutio.ſpolia. Intellige primo in cauſa ciuili, nam in criminali etiã tertio obijci poteſt vt eodem tex.declaratur. Intellige etiã ꝙ iudicium ciuile tertij non ſuſpẽdatur.executio tamen ſi in ea re à qua ſpoliatus eſt,fieri debeat,ſuſpenditur.c.olim vobis de reſtitu.ſpolia.extra. ¶ Quinto qñ allegaretur deffectus poſſeſsionis eius qui ſe ſpoliatũ dicit Ioh.andr. & alij in.c.item cũ quis.extra.de reſtitutio.ſpolia. quicquid glo.velle videatur,nam agens interdicto vnde vi poſſeſsionẽ ſuã,vt potè primum extremum,probare debet,ſi igitur de ea non cõſtet à reſtitutione ſuper ſedebitur. ¶ Sexto fallit in cauſſa beneficiali, ſi in promptu ſpoliatus probetur intruſus quia fortaſſe per ſimoniam aut à non habente poteſtatem eſt inſtitutus.c.deus ergo.§.obijcitur.iij.queſt.j.

¶ Septimo,limitabis ſi conſtet de crimine enormi propter quod ſpoliatus fuiſſet ipſo iure de beneficio priuatus.arg. c.ad petitionem.c.ſi conſtiterit de accuſa.c.ſup cauſa.ij.queſt.v. ¶ Octauo limita quãdo allegatur notorius deffectus proprietatis,& tituli.c.cõſtitutus iũcto. c.quoniam de filijs preſbitero.Intellige in beneficialibus etiam ſi ius cõmune,non faciat pro ſpoliante, ne ſpoliatus reſtitutꝰ vicioſum ingreſſum habeat . Sed in alijs rebus deffectus tituli in ſpoliato nõ impedit reſtitutionẽ, niſi ius cõmune ſpolianti aſsiſtat.c.ad decimas,& ibi not.p glo.& doct.de reſt.ſpolia.in.vj.Panor. & alij in.c. in literis

de reſtitutio. ſpolia. in antiq. pro hac limitatione, vide deciſ. cap. Tho
loſanę in. xv. & quę ibi per Aufre. ¶ Nono limitatur regula noſtra
quando adduceret alia precedẽs ſpoliatio de qua obijci certe poteſt.
c. fina. de ordine cognitio Intellige ſi incõtinenti. ij. ſpoliatio fiat. l. iij.
§. eum igitur infra de vi & vi. Si autem ex interuallo ſcõa fieret non
audiretur ſpolians ſuper prima, quin prius reſtitutionem fecerit. d. l.
ſi quis ad ſe fundum C. de vi & vi arma. quod plenius declara vt ibi
doct. apperiunt. ¶ Decimo fallit quando fieret ſpoliatio rerum mo-
bilium, quoniam probato dominio non oportet reſtitutionem fieri
ſecundum Aret. hic poſt Bal. in. l. regrendi. C. de ſeruit. fugit. Quod
intellige quando ſpoliatio fieret clam. Sed ſi per vim res vel mobilis
auferatur concluſioni noſtræ locũ fore affirmat. Bal. in. l. inciuilem.
C. de furt. Soz. & quidam moderni in varias trahuntur ſententias.
Ego autem puto ſiue clam ſiue per vim res vel mobilis auferatur, lo-
cum eſſe concluſioni, nam negare nemo poteſt. Remedium. c. reinte-
grãda. iij. queſt. j. pro rebus mobilibus cõpetere quoquomodo abla-
tis tenẽt cenenſ. in. l. rem quę nobis. ꝧ eodem quos ſequit̃ do. de ripp.
in repet. c. ſæpe cõtingit. nu. xxij. quod ex ſola ſpoliationis narratio-
20 ne ſatis propoſitum eſſe dico. d. c. dilecti filij de iud. Nec fatebor † ſa-
num eſſe conſilium Inno. in. c. quia plerique de immu. eccleſię. Bal.
in. l. j. C. de teſta. Iaſ. i. l. fina. C. de iuris & fact. nu. xiij. qm̃ ius ſibi ipſe
diceret vigore iudiciorũ neglecto. Et vidi aliquem ſeruitorem furca
ſuſpẽſum cadurci qui à ſuo dño quicq̃ pro ſuo (vt aiebat) falario fur-
to aut clam ſuſtulerat, putes igitur vtendum iudicario remedio, com-
peſcendaſq̃ has proprię voluntatis temeritates. ¶ Vndecimo limita
regulam quando reſtitutio eſſet inductiua peccati aut damnum irra-
pabile latura, vt in. c. literas de reſtitu. ſpoliato. extra. vbi non fit reſti-
tutio coniugis, ſi adducantur in promptu matrimonij impedimen-
ta. Intellige non fieri reſtitutionem. vt copula interuenire poſſit. Su-
per alijs tamen que inter coniuges actitãtur putant, aliqui reſtitutio-
ni locum eſſe. c. porro de diuor. tu vide Panor. in. d. c. literas, & in. c.
ſignificaſti de diuort. Ex hac limitatione colligunt Paul. caſtren. &
Iaſ. in. l. ij. C. de edict. diui Adria. tolle. caſtrum ſeu fortalicium reſti-
tui non debere ſpoliato ſi ſpolians de ſuo iure eſt docturus in conti-
21 nenti, facile enim reparari non poſtea poſſet. Ego † iſtud in Francia
non puto verum, quinimo etiam caſtro aliquo ſpoliatus reſtituitur
ante omnia, nec dubitãdum eſt, quin ſpolians ſi tandem ius ſe habere
doceat, per facile illud recuperet. Etenim audacia nulla vel nobilium

tanta tolleratur, quin ſententiæ & arreſta cõtra eos executioni mandẽ
dentur. Quòd ſi aliquando alicuius ea petulantia reperiatur: qui exe
cutoribus reſiſtere auſit, q̃to ſe putat potentiorem tanto durior illi
pena iure quidem optimo indicitur. l. preſbiteri. C. de epiſco. & cler.
glo. in. c. nulli. xix. diſtin. Idq; noſtro princip. per gratum eſſe vide
mus, qui adminiſtratoribus iuſtitiæ rebelles, inobedientes, ſine dele
tu aut perſonarum acceptione cohiberi ac puniri mirum in modum
ex optat, in quo ſanè reipub. ſuæ neruus conſiſtit firmiſsimus. Et ob
eam cauſam arreſta ſepiſsime manu forti executioni mandantur. l.
qui reſtituere in princip. ff. de rei vendic. ¶ Duodecimo regula limi
tabitur quãdo ſpoliato obijceretur exceptio inhabilitans perſonam
agentis per quam ſcilicet deneganda eſſet actori audientia glo. eſt ſo
lennis in. c. in nomine domini. xxiij. diſtinc. in verb. audientia. Innoc.
in. c. cum noſtris de conceſsio. prebend. not. in. c. ex inſinuatione de
procu. extra. Inter alia quę per. d. glo. c. in nomine domini ponuntur,
exemplum excõmunicationis eſt ſingulariter notandum. Si itaq; † 22
ſpoliatus ſit excõmunicatus non eſt audiendus etiam reſtitutionem
petens ablatorum. c. cum inter. c. exceptionem. extra. de exceptio. ſi
cut nec iudicẽ excõmunicatione innodatũ canonica iura pmittunt
c. ad probandum. extra. de ſenten. & re iudic. Quod ego arbitror † 23
eſſe ſeruandum in curijs temporalibus Francię, in quibus iuris cano
nici auctoritas diligenter (ſi ordinem preſertim iudiciarium ſpectes)
obſeruatur. Ioh. Fab. tamen olim cancellarius Franciæ dicit (quod
vtinam tacuiſſet) q; in curijs laicalibus non vitabant nec repelleban
tur excommunicati. ita inquit in. §. quod ſi tutor inſtitut. de cura
to. quod poſtea permulti & iudices & ſcribentes regnicolæ ſunt ſe
cuti tollerantes & iudices excommunicatos, & actores. Id nihilo
minus amplius ferẽdum non concedam. Teterrimam enim peſtem
id reipublicę chriſtianæ ad tuliſſe nemo non videt, & ſi penitẽtiã nõ
egerint, qui huiuſmodi introductiones (quibus cenſurę & claues ecc
leſiæ contẽnũtur) inſtituũt, non ſecum feliciter actum fuiſſe puto.
Si enim ſeruus nec iudex nec actor, eſſe poſsit. l. vix. l. cum pretor. ff.
de iudi. quõ excõmunicatus ſeruus ſathanę. c. aplice. xxiiij. queſt. v.
in iudicio erit? Iſtud mehercle affirmare auſim cõplures reip. modera
tores q̃ iſthæc conniuent, in varias iuſto dei iudicio erũnas incidere.
Cauete igitur vos auditores amantiſsimi, ſi quando ad principatũ la
tus acceſſeritis. (accederis autem annuẽte deo, credite) ne ſimilia per
mitti vnq̃ cõſulatis, ſed ante omnia dei optimi maximi & eccl'ię ſuę

ſanctę honorem rebus cũctis anteponatis, ſic fiet vt veſtro recto cõſilio monarchia feliciſsimè regatur, ſed pergam⁹. Noſtra hæc vltima limitiatio quę vult excõmunicatum ſup expoliatione non audiri. Intelligitũr primo niſi ſua vxore eũ proponas ſpoliatum. glo.in.c. qm̃ in verb.vxores.xj.queſt.iij. Fel.i.c.dilectus.j.nu. xj, quem vide alias quaſdam adferentem reſtrictiones. Secũdo intelligitur quando ſpoliator eſſet de fuga ſuſpectus. Panor.in.c.cum inter de exceptio. Tertio arbitror non repellendum excõmunicatum à petenda reſtitutione ſi ſpoliator pretextu excõmunicationis motus violentiam intulerit, quod ſcilicet putet ſe deinde ab excõmunicato conueniri non poſſe. Tunc em̃ excõmunicatus deffenſor potius ꝙ actor, mihi videtur, permultiſq; incentiuum delinquendi al's tribueretur. Quarto hãc vltimam limitationem, immo verius ferè omnes ſuperiores, intelligas,

24 niſi ſpoliatio fieret † pendente iudicio, quod indubie in excommunicatum intentari poteſt. c. intelleximus. extra de iudi. Tum enim vt actentatoria facile repararetur.l.ſi conſtiterit. C. finum regundo, fit enim non ſpoliato tantum, ſed & iudici iniurię plurimum.c.i.in fine de appella.in.vj. perpulchre oſtendit hæc Aufre.in decif. cap. Tholoſane deciſ.xv.

25 ¶ TERTIA Concluſio Bart.eſt. Sententia † abſolutoria in petitorio lata non parit exceptionẽ rei iudicatæ in poſſeſſorio retinendæ ſi actor iuſtam poſſeſſionem habuerit, tex.eſt hic ſecundum primam lecturam.glo.in.l.ſi de eo.§.finali.ꝟ eodem vbi Bart.& Ange. Fallit qñ eſſet paritas probationũ ſuper poſſeſſione vt.ſ.diximus, tenent hanc Cy.& alij.in.l.j.C.vti poſſide, hanc ſequitur Iaſ.hic. Contrarium arbitrat̃ verius Alex.ab Imol.hic dicens Bart. contra etiam tenuiſſe in.l.ſi coloni de agri.& cenſi.lib.xj. hæc videtur cõmunior opinio. Sic fit vt in permultis noſtrę materię articulis ingens controuerſia reperiatur. Nos etiam hoc loco rationes & fundamẽta diſcutiemus. Et pro concluſione Bart.facit hic tex.& glo.in.d.l.ſi de eo ꝟ.eodẽ. ¶ Secundo nõ debet licere reo, q fuit abſolutus turbare actorem qui eſſe iuſtus poſſeſſor poteſt, etiam ſi reus ſit dominus.l.j.verſ. fieri etem̃.ꝟ.vti poſside, nihil mirum ſi debeat de iuſtitia poſſeſsionis adhuc diſputari. ¶ Tertio facit tex.i.l,& an eandem.§.fina.ꝟ.de exceptio.rei iudica, vbi qui fuit abſolutus in poſſeſſorio conueniri põt n petitorio, ita fit vt qui in petitorio ſuccubuerit, conueniri poſſe videatur in poſſeſſorio, cũ diuerſitatis nulla ſit ratio,l.à titio.ff.de verb. oblig. ¶ Quarto accedat text,i.l.cũ queritur.ff.de exceptio.rei iudi.

vbi rei iudicatę exceptio non competit, niſi de eadem re agatur, Sed quòd dñium & poſſeſsio diuerſa ſint, ſatis in.j.concluſione diximus. ¶ Quinto, text.in.l.ſi mater.§.ſi quis iter, vbi qui ſuccubuit in ſeruitute itineris, nō impeditur agere de ſeruitute actus, & ſi interſe differre non videātur, niſi tanq̃ plus & minus, quę ſpecificam differētiam non faciunt, l.fina.ff. de fundo.inſtruc.multo igitur minus in propoſito actor impediri debet. ¶ Sexto huc accedat tex.in.l.j. in fine.C. ſi per vim vel alio modo, vbi nec domino licet poſſeſsionem turbare, Ideoq; actor de turba merito conqueri poterit, dū reus iudicū auctoritate neglecta turbam infere non veretur.

¶ Ad contrariam opinionem; primo, adducitur vrgentiſsima ratio. Abſolutoria lata in petitorio obeſt poſſeſsorio recuperandę, vt icōm communem ſupra deductum affirmant, longe fortius ergo in poſſeſſorio retinendę, quòd fauorabilior ſit re ſpoliatus, quàm in poſſeſsione rei turbatus.l.ſi qs in tātā.C.vñ vi.Corroboratur ratio quòd magis delinquat ſpolians quàm turbans.l.meminerit.C.vnde vi. ¶ Secundo vehementer obeſt opinioni Bart. quòd exceptio clandeſtinitatis & precarij allegatur contra agentem vti poſsideris l.j.in fine.ff. vti poſſide, ergo exceptio ſentētiæ quia res manifeſtior eſt. Hæc duo fundamēta facile dilui poſſunt. Tu tamen reſolue ſic. ¶ Primo qñq; reus in petitorio abſoluitur, quia actor nihil de dominio probauit, & tum Bart. concluſio vera eſt, non enim eò reus eſt declaratus dominus.l.ſed ſi poſſeſſori.ff. de iureiurā. Ideo actor iuſte poſsidere poteſt. Secūdo, qñq; in petitorio reus abſoluitur quia ipſe ſe dominum eſſe docuit actor tamen cauſſam poſſeſsionis ſibi competere narrat, quæ ſimul aduerſarij dominiū cōpatitur, vt potè quia dicit ſe vſufructuarium, vſuarium, emphiteotam &c. Et item actor ſuper remedio retinendæ audiri debet. Tertio, quandoq; poſt latam ſententiam reus turbat actorem, & rurſus poſſeſſorium retinēdæ inſtitui poteſt, quid enim ſi de nouo & dominium, & poſſeſsionē queſiuit. Et his tribus caſibus opinio Bart. & ſequaciū ſanior eſt, quoniam poſſeſsio iuſta quidem eſſe poteſt, vt Bart. expreſsit, Alio autem quouis caſu contrariam ſententiam arbitror veriorem per eorum rationes.

¶ QVARTA Concluſio ſententia † abſolutoria ſuper petitorio non parit exceptionem rei iudic. in poſſeſsorio adipiſcendę, quoniam hęc nihil commune habent per hunc.§. Fallit quādo duo ſimul interueniunt, & q abſolutus reus fuerit quia dominum ſeſe oſtēdit, & quòd de ea ſententia incontinenti doceatur, glo.in.l.ſi de vi. Alte- 26

m

ro igitur deficiente, quòd reus probauit ſe dominũ, ſed non docet de
ſententia in promptu, Aut de ſentẽtia docet, Sed abſolutus fuit quia
actor non probauit, locum habet concluſio noſtra, vt actor non impe
diatur interdicto adipiſcendę vti. Hæc concluſio cõmuniter à docto
ribus recipitur. Fabius tamen hic putat oppoſitũ teneri poſſe. Ideoq;
adducã perſuaſiones hinc inde. Pro concluſione facit, quia licet reus
ſit abſolutus non tamen hinc illi ius competere deprehenditur. l. ſi in-
ter. ff. de exceptio. rei iudi. Ideo nouo iudicio cõuenietur. ¶ Preterea
in poſſeſſorijs non obijcitur regula dolo facis. glo. in ea. l. dolo. ff. de
exceptio. doli. glo. in. l. vnica. C. quor. legat. tex. in. l. ij. C. de edict. di-
ui Adria. Ideo non repelletur is à quo tandem res peti poſſet. ¶ Ter-
tio adducitur tex. in. l. iij. §. cauſſæ de carbonia. ff. vbi poſſeſſio datur,
niſi incontinenti de iuris non competentis exceptione doceatur. Sic
adipiſcendæ agitur niſi incontinenti &c.
¶ Contra concluſionem q sine diſtinctione actor audiendus ſit ſu-
per interdicto adipiſcendæ. Primo text. in. l. finali. C. quorũ. bono.
ibi omnibus fruſtrationibus amputatis hoc eſt omnibus exceptioni
bus. l. in fideicommiſſ. §. final. ſupra de vſur. & text. loquitur indiſtin
cte, ergo. l. de precio. ff. de public. in rem. Secundo text. in. l. j. §. j. ff.
quor. lega. vti per remedium adipiſcendę legata redeunt ad heredes
licet eorum dominium in legatarios tranſlatum eſſet. l. à ticio. ff. de
fur. Tertio tex. in. l. ij. C. de edic. diui Adri. vbi exceptio nullitatis te
ſta. nõ impedit miſsionẽ. ¶ Tu non recedas à cõmuni, & ſolutionẽ
contrariorum à Bart. ibi percipito. Quòd autem dictum ſit ſupra in
ratione huius concluſionis regulam dolo facis † non allegari in poſ-
ſeſſorijs non erit alienum. de hac regula pauca ſubijcere. Et in primis
27 in iudicio petitorio locũ habet per eam. l. dolo facis. de exceptio. doli.
glo. in. l. j. §. ſi à me. ff. de vi & vi arma. tex. in. l. qui ſic infra de ſolutio.
Limita in caſu. l. ſi quis conductionis titulo. C. de loca. Limitta item
quando actor eſſet alteri tertio reſtituturus. l. ſi rem. §. is quoq;. ff. de
pigno. actio. In iudicio poſſeſſorio recuperandæ locum non habet. l.
ſi quis ad ſe fundum. C. de vi public. l. ſi coloni de agric. & cenſi. li. xj.
& ſupra in. ij. concluſione dixi. In iudicicio retinendæ etiam locum
non habet vt in tertia concluſione dicebamus. In remedio adipiſcen
dæ locum habet regula illa, ſi de iure excipiendi incontinenti do-
ceatur, vt hac concluſione, intellige niſi actor retenturus quid fuerit,
vt in interdicto quorum legatorum, in quo hæres quartam. l. falci-

dixe retinere deinde poſſet, ſic fit vt dolo non faciat hæres, etiam re-
ſtituturus legatum. Quæ autem ſit differentiæ ratio inter remedi-
um retinendæ, vt dolo nõ faciat, & remediũ adipiſcendæ: vt dolo fa-
ciat actor. Dic quòd interdictum retinendæ innititur ſoli poſſeſſio-
ni nullo etiam iure deducto. Sed adipiſcendæ, ius querendæ poſſeſ-
ſionis requirit, cui iuris exceptio facilius pugnare poſſe intelligitur.
¶ Quinta & vltima concluſio. Bart. eſt in caſu contrario. Sententia 2
† abſolutoria lata in poſſeſſorio non nocet agere volenti in petito-
rio. l. & an eandem. §. finali. ff. de exceptio. rei iudi. Fallit quando poſ-
ſeſſorium habet cauſam proprietatis annexam. d. l. ſecunda. §. quæ-
dam de interdictis. Super hac concluſione Alexan. Iaſ. & moderni
mouent duas difficultates. Prima circa text. in. d. l. & an eadem. §. fi-
nali qui nihil mentionis facit de ſententia abſolutoria, ſuper eo ta-
men text. Bart. concluſionem ponit. Secunda difficultas eſt ſuper li-
mitatione Bart. dum ait in interdicto habente cauſſam proprietatis
annexam parari exceptionem rei iudicatæ ſuper petitorio, nam in
contrarium eſt text. in. l. ſi quis ante. ff. de exceptio. vbi abſolutoria
lata ſuper actione confeſſoria non nocet in rei vendicatione, tamen
in ea confeſſoria deducebatur dominium. l. ij. §. pomponius ibi de iu-
re ideſt confeſoria actione. Licet ergo in interdicto habente cauſſam
proprietatis fiat mentio de iure, id non debet impedire petitorium.
Tertio ego induco communem obſeruantiam, & vſum quottidia-
num (de quo argumentum aſſumi poſſe dicit text in. l. certi condi-
ctio. §. ſi nummos ibi. cum quottidie. ff. ſi certum petatur) quòd ab-
ſolutoria in poſſeſſorio beneficiorum non impedit quominus ſup-
petitorio coram iudice ſpirituali cognoſcatur. Hæc tria tamen non
me mouent vt à Bart. ſententia depellar. Primum enim eſt fragi-
le fundamentum, quia licet text. in eodẽ. §. finali. non faciat mentio-
nem de ſententia abſolutoria. glo. tamen ſubaudit. (& ſuccubuerit)
idem in. l. ſi à te eodem titulo, nec eſt expoſitio hæc aliena. quoniam
† ex rubrica colligitur. l. imperatores. ff. de in diẽ. adiectione. glo. in. l. 25
final. in princip. in verb. poſſe. de condict. indebiti.
¶ Ad ſecundum puto paucis verbis ſatiſfaciendum, quòd in ea. l. ſi
quis ante, dominium in confeſſoria non conſiderabatur reſpectu rei
principaliter, ſed ius ſeruitutis. At qui in interdicto habente cauſam
proprietatis annexam dominium, & ius totum principaliter conſi-
deratur. l. j. §. finali. de aqua quotidi. & eſtiua. l. iiij. §. hoc autem. ff. de
itinere actuꝗ priuat.

¶ Ad tertium eam eſſe obſeruationem quotidianã negare nõ poſ‑ſumus. Sed remediũ poſſeſſoriũ in beneficialibus non habet omni‑no cauſſam proprietatis annexã, ſed quaſi proprietatis, vt in interdi‑cto de libe.exhib.ſupra dixi. Sic ius ſiue dominiũ beneficiato cõpe‑tens eſt incidenter propoſitum vt ſupra dixi. Vide itaq; qua via poſ‑ſis & quidẽ ęquiſsimẽ cõem opinionem tueri. ¶ Expeditam habes prioris intellectus hoc eſt prioris ſolutionis declarationẽ, vt ſcilicet nõ fiat hic petitorij & poſſeſſorij cumulatio, quoniã in petitorio ab ſolutoria ſententia interuenerat, quę lectio etiam ſi per multa & eã quidẽ vtiliſsima contineat, non tamen recipitur à Bar.nec ab alijs in terpretibus. Primo quia eſt diuinatiua ergo & c.l.fi. C. de contrahẽ. emptio. Accedat ꝙ hęc diuinatio eſt contra tex.qui dicit (vendicare cœpit) nondũ ergo perfectum erat petitorium. Obijci tamẽ poſſe vi detur.ꝙ tex.in fi. innuat petitorium fuiſſe finitũ dum ait.in fine (ven‑dicauit) quod eſt verbum preteriti perfecti.l.ſi pro fundo.in fi. C.de tranſact. Timore huius obiectiõis do. Rube.ex Aulo gelio perqui ſiuit nouũ quendam intellectum ad.§.noſtrum vt ſcilicet textus ve‑lit (vendicauit) ideſt ſe dominũ aſſeruit, & vẽdicare rem exponit aſ‑ſere rem ſuã eſſe, nõ dicit an ea aſſertio in iudicio fieri debeat, an ex‑tra iudicium facta intelligarur. Ideoq;, quia aſſertionem practici vo cant petitionis traditę aſſeuerationem & affirmationẽ arbitror ver‑bum vendicauit exponẽdum, hoc eſt rei vendicationem propoſuit. iurecõſultus ſic accipit in.l.cum fundum.§.fi.ſ.de vi & vi ar. Idq; eo maximẽ dignoſcitur, quoniã ſi cõtendas pertinaciter verbum vendi cauit finẽ iudicij petitorij ſignificare, neceſſarium eſſet actorem ob tinuiſſe, quod longe magis noſtrę huic lectioni repugnaret, quæ vo‑lebat rem fuiſſe abſolutum, inſuper ſi actor vendicaſſet, ſicq; in peti‑torio obtinuiſſet, fruſtra deinceps poſſeſſorio fuiſſet vſus.l.qui reſti tuere.ſ. de rei vendi.l.officium.ſ. eo. Hactenus de prima lectura.

¶ SECVNDA lectura, glo. & doctorũ eſt, vt reſondeatur con‑trario propoſito de.l.ordinarij iuris.de.l.icerti.iuris.de inte-dic. C.ꝙ in noſtro tex.non fiat petitorij & poſſeſſorij cumulatio, nec concur‑ſus, quoniam petitorio ſemel inſtituto renunciatum expreſſe fuerit.

¶ Contra hũc ſecundũ intellectũ Bar. duo fundamenta facit, quorũ primũ eſt reſũptio principalis contrarij de.l. ordinarij. & de.l.incerti Sol. ergo quòd non fiat cumulatio ſeu cõcurſus, qm̃ primũ nẽpe pe‑titoriũ, eſt ꝑ renunciationẽ expreſſum extinctũ. ¶ Secũdum funda‑mẽtum eſt replica cõtra hãc ſecundã principalẽ ſolutionẽ, quod imo

ſcilicet renunciatio petitorij fieri non poſsit,qm̄ actor cogitur in litē cępta pciſtere & ad finē vſq; pſequi auctē.qui ſemel.C.quo mod.& qñ iud.Soluit Bar.aut actor vult deſiſtere hoc eſt in cauſa nō ꝓcedere ideſt tenere defenſorem in ſuſpēſo & nō pōt vt in ea auctē.qui ſemel.Aut vult deſiſtere hoc eſt liti in totū renunciare & reū in ꝓceſsu nō ãplius retinere,& pōt.l.poſtq̃ liti.C.de pact.ſic intelligitur hæc ſecunda lectura & ſecunda principalis contrarij ſolutio.Moderni ꝓbant hãc replicæ diſſolutionem.cui etiã cōueniunt quędã q̄ ſupiore loco notaui.Pro declaratione iſtius intellectus ſecundi Bart.mouet duo dubia,quorū ſolutionibus ego etiã ĩpellor alias vt cūq; neceſſarias dubitatiões exponere.¶ Primo q̄rit Bart.† an ex renunciatiõe 30
per actorem facta queratur reo dominium rei ſuper qua cōtenditur. Nec putes inutilē fore eius deciſionē,qm̄ facilè intelligemus an ꝓducta actoris renūciatione ꝓbetur dominiū cōpetēs reo.Et em̄ ſi teneamus dominiū reo acquiri renūciatione ſatis erit hanc renunciationē ꝓbare,dū ei allegatio,& ꝓbatio dominij prodeſſe intelligeť.Si contrariū verius dicimus,nihil prorſus ꝓderit renunciationē actoris deducere(Et videť)Bar.primo deducit rationes ꝓ affirmatiua (q; ſic) quòd dominiū quærať ex renūciatione p eã.l.poſtq̃ liti.& p glo.ibi à Bar.receptã quæ vult,quòd in dubio actor renunciãs videť renunciare(liber tuus eſt corruptus lege ſic videť renunciare inſtantiæ liti & iuri,quòd habet)Ideoq; videtur renunciare dominio,quòd in cōſequentiã reo acquiri debet,in cuius fauorem renunciatio facta eſt. Contrarium putat Bar.verius,quòd ſcilicet nō quęrať dominiū reo ex renunciatione actoris p.l.ſi pro fundo.C.de tranſactio.ſic inducendo,quando fit tranſactio actor renunciat iudicio,actor tranſit & recedit ab actione,tamen per hoc non tranſit à dominio,nō tranſferť in reum dominiū fundi pœnes reum relicti,notat.glo.i.l.penult.C.de vſuc.pro empt.facit.l.exceptio.ff.de exceptio.rei iudi.& glo.ibi. Hęc Bart.breuis diſputatio induxit modernos vt diligentius cogitarent,colliguntq; ex verb.Bart.cōplura dicta.Primo dicunt glo.& Bart.voluiſſe eum q renūciauit petitorio renūciare liti & iuri,quod putãt falſum dicētes inſtãtię tm̄ renūciatū fuiſſe.c.for⁹ de verb.ſign. extra glo.rubri.de iudi.clemē.j.de cauſſ.poſſeſ.Ego puto Bart.optime locutū,qui nō de renūciatio de iudicij (vt ipſi capiunt) ſed remedij petitorij loqtur,quod realē actionē eſſe.ſ.diximꝰ,eſt ergo eorū ratio peccãs p fallaciã ęquiuocationis termini (iudiciū) quod pmultas habet acceptiones.glo.in.§.preterea.inſtit.qui teſtamen.facere poſſ.

Diceptatur etiam per eos, an. l. ſi pro fundo. per Bar. allegata eius deciſionem probes, cui diu nõ incumbas oportet, quòd per multis alijs rationibus eius concluſio defendatur.

¶ Diſputandum itaq; eſt an renuncians petitorio remedio transferat dominium in reũ, & diſputationis huius vtilitatẽ adfert Bart. vt ſtatim declaraui ex qua moderni colligunt Bar. voluiſse facta renũciatione de petitorio remedio poſse dominij exceptionẽ omni poſſeſſorio obijci, ſuper quo mirũ in modum vacillãt putãtes ex hac renũciatione elici quẽdam conſenſum & confeſsionem magis preiudiciabilem, quã ſit ſententia abſolutoria, quod ego non proſequor, quia hæc renunciatio petitorij fit, vt actori licuerit redire ad poſseſſorium de qua hic tex. loquitur. Ideoq; arbitror eos perperam mentem Bar. percepiſse. Quoniam Bart. ſimpliciter dicit, ex ſolutione huius articuli vtilitatem eſſe, quòd facile erit reſpondere difficultati quæ vertitur in eo, an poſſeſsorio remedio obijci poſsit exceptio dominij, nam ſi dicamus dominium fuiſse tranſlatum, dicendum erit conſequenter tum allegari poſſe renũciationem, vbi exceptio dominij adduci poteſt. Sed quod propterea Bart. velit omni poſſeſsorio obijci poſſe, nequaq;; quoniam fruſtra in hoc ſecundo principali intellectu laboraremus. Videamus omnibus alijs fruſtratorijs omiſſis, an renuncians iudicio ideſt remedio petitorio trãſferat dominium rei cõtentioſæ in reum deffendentem, cui renunciatio fit.

31 ¶ Pro opinione Bart. quòd † non, facit, quòd renuncians petitorio id ſolum efficit vt declaret ſe ius reale perſequi nolle, ſaltim vt declaret ius ſibi non competere. l. ſi maritus. §. ſi negauerunt. ff. de adulter. tex. in. l. ſi aduerſarij. C. de fide inſtru. ¶ Preterea actus agentium non operatur vltra eorum intentionem. l. non omnis. §. ſi certum pet. ſed renunciantis intentio eſt ãlite petitoria deſiſtere at animus nullus dominium transferendi intelligi poteſt, nec ad hoc agitur. ¶ Tertio conſiderandum eſt renunciationem eſſe actum priuatiuum & abnegatiuum. l. qui ſuperſtitis. de acquirend. heredit. cum ſimilibus, qui actus poſitiui vim habere non poteſt. notat. Bald. in. l. qui habebat. ff. de vulga. ¶ Quarto, tex. in. l. ſi te. C. de ingenuis, vbi liti renũciãs non fatetur aduerſarium ius habere, ea potiſſimum ratione, quòd eorũ neutri multoties ius in re contentioſa competere contingit.

32 ¶ Aduerſum Bart. opinionem † quæ eſt cõmunis ſecũdum Alex. & Iaſ. Primo facit glo. in. d. l. poſtq; liti. per Bart. adducta. Secundo renuncians conſequenti renunciat antecedenti. l. illud. ff. de acquirẽ.

hered. Sed rei vindicatio conſequens eſt ad dominium.l.in rem.ff.de rei vendica. Dicendum eſt ergo renunciationem actionis realis preſupponere dominij renunciationem, quæ cum facta fuerit fauore rei in reum id dominium trãſferri neceſſe eſt. ¶ Tertiò, dominiũ eſt cauſa formalis actionis realis.d.l.in rem.notat. in.l.j.C. de aliena.iudic, mutan.c.examinata.de iudic. Qui ergo receſſit ab effectu, hoc eſt ab actione recedere intelligitur à cauſſa, quia vno ceſſante alterum ceſſare neceſſum eſt.c.cum ceſſante de appellatio. ¶ Quarto licet dominium alicuius rei in alterum non trãſferatur, niſi per traditionem l.traditionibus.C. de pactis. ea tamen traditio non eſt neceſſaria, ſi res penes eum fuerit, in quem dominij tranſlatio fiat.l.qua ratione.§. interdum.ff.titul.j.§.interdum.inſtitu. & rerum diuiſio. ¶ Quinto, priuatio vnius eſt alterius excluſio.l.cum pretor.ff.de iudi.c. nonne. extra de preſumptio. & cum actor priuetur ſuo iure per renunciationem, id idem ius ad reum transferatur, oportet.

¶ Sexto, adducitur tex.in.l.eius.ff.de rei vendicatio. vbi dominium rei contenſioſæ tranſfertur in deffenſorẽ, ſi deſiſtat ab actione.

¶ NON ſunt hæc fundamẽta tam vrgẽtia quibus reſpondere facile quis non poſſit. ideoq; communem duco nõ omittẽdã opinionẽ.

¶ Ad glo.in.ea.l.poſtq; liti. Bart. reſpondet dicens eſſe notandum, quòd duplex ſit ius, vnum vocatur dominiũ, alterũ vocatur actio realis, q̃ cauſatur à dominio. Et dũ glo. illa dicit renũciãs liti renunciat inſtãtię & iuri, iuri inq; hoc eſt actioni reali, vſq; adeò q ſi actor ſic renunciãs velit rurſus eam intentare. repelletur exceptione pacti, ſi preſens, aut doli ſi abſens reus fuerit, per ea quæ in ea .l. poſtq; liti notantur, & per tex.in.l.non ſolũ.in.ij.§.ſi liberationis.ff.de liber.lega. Sed quod ꝓpterea renuncieẽ iuri ideſt dominio, nequaq; ꝑ rões ſuꝑiores.

¶ Ad ſecundũ ſit ita q renuncians cõſequenti renũciat ãtecedẽti neceſſario, dñiũ tñ nõ eſt neceſſariũ ãñs ad actionẽ realẽ, quid em̃ ſi res ſit penes dñm, nõ ei cõpetit actio realis.l.vna.de alie.iud.mutã. Inſup quando fateremur dominio renunciatum fuiſſe. non ideo transferetur inalterum, Sic fit vt argumentum non militet cnntra concluſionem, non enim quæſtionis eſt.an renuncians liti, renunciet dominio ſed an transferat dominium in reum.

¶ Ad teriũ dico nõ ceſſari à cauſſa hoc eſt dñio, & qñ à dñio ceſſareẽ non bene cõcluditur, quis ceſſat ab effectu, ergo à cauſſa. Sed acõtrario arguẽdũ eſt.d.c.cũ ceſſante. minus etiã cõcludiẽ ceſſatũ eſt à dñio ergo dñiũ in reum tranſlatum eſt, poteſt enim res nullius eorum eſſe.

¶ Ad quartum,etiam ſi dominium ſine traditione in eo caſu trãſfe-
ratur,id verũ quando precedit cauſſa dominij tranſlatiuę,vt in illis iu
ribus dicitur. Atqui in propoſito nihil tranſlatiuæ cauſſæ comperies.
Quintum ſatis leuiter vrget, ſit ita ſanè, ꝙ priuatio vnius ſit alterius
poſitio, at actor dominio minime priuatus eſt, vt ſepe dixi. Preterea
non probatur,quòd vnius rei priuatio ab vno ſit eius rei in alterũ po-
ſitio,preſertim vbi medium ſignari poteſt. Vltimũ minus obeſt, qm̃
in ea.l.eius recepta eſt rei eſtimatio,vnde & mens renũciatis, & cau-
ſa,longe abeſt à noſtra renũciatione petitorij. ¶ Deffenſa eſt hoc mo
33 do cõmunis cõcluſio,quã intellige, Siue †petitorio renũcietur,vt ad
poſſeſsorium actor redire queat, vt hic, ſiue quia actor putat ſe ſuam
intentionem probare non poſſe,ſiue quia lites execratur.l. iiij.§. non
tamen de aliena.iud. mutand.cauſa;nec em̃ preſumo quem ſuum ia-
ctare velle.l.cũ de indebito.ff.de probat. Siue quia dicit ſe nullã per-
ſequendi cauſſam habere,(& hæc renũciandi ratio in dubio preſumi
tur d.l.ſi maritus.§.ſi negauerunt)non eñ in alium quis tranſfert, id
quo ſe carere arbitratur, Siue etiam renunciet quia vult rem habere
pro derelicto, tunc em̃ occupatio tenentis dominiũ querit. §. pro de-
relicto inſt. de rer.diuiſ. Siue in dubio fuerim⁹,quòd cauſa dñij trãſla
tiua nulla proponat̃. ¶ Fallit primo ſi actor dominus fuerit ceſſe-
ritq; omne ius quòd ad eum in ea re pertinere videretur. Bart.in.l.j.ff.
pro emptor. Secundo fallit ſi actor renuncians eſtimationem rei per-
ceperit.d.l.eius.ff.de reivendic.

¶ Occaſione permiſſorum quis dubitare poſſet an renunciatione iu-
ris facta expellatur actor ab actione coram iudice tunc non propoſi-
ta,quia fortaſſe poſtea ſuperuenit. Dicẽdum puto eam renunciatio-
nem non obeſſe.arg.l. qui ſuperſtitis de acquir. hered. Ratio eſt qm̃
licet renunciatio litis ſit iuris & actionis renũciatio. l. litis nomen.ff.
de verb.ſignifi. Tamen eſt renunciatio iuris in concreto coram iudi-
ce ſcilicet ꝓpoſiti. Sic declarat Paul.caſtr.in.l.poſtq̃ liti.C. de pact.
quem vide & modernos etiam ibi,complures alias notabiles deciſio
nes adferentes, non prorſus propoſito noſtro alienas. An autem hic
actor qui renũciauit petitorio, vt poſſeſsorio experiretur, poſsit rur-
ſus,ſi in poſſeſsorio ſuccubuerit,ad petitoriũ redire, arbitror non poſ
ſe, qm̃ ex renunciatione orta fuit reo exceptio actionis realis exclu-
ſiua. Nec poſſes citare.l.& an eandem.§.final. quoniã ibi ante inten-
tatum poſſeſsoriũ non fuerat petitorio renunciatum. Facit,quòd ge-
minata variatio & inconſtãtia non admittatur.l.ſi quis iuſiurandum

C.de reb.credit. ¶ Secundo Bart.quærit.actor renunciat petitorio, vt poſſeſorium proponat † an ſit in expeñ.damnãdus quæ facta ſunt in petitorio. Solue & ex doctrina Specu.& Cy.per Bar.hic citatorũ collige duas concluſiones. Prima,quãdo actor de remedio petitorio tranſit ad poſſeſſoriũ renunciãdo petitorio expreſſe vel tacitè, quòd ſcilicet petitorium & poſſeſſorium non poſſint cumulari, actor in expeñ.condẽnatur. Ponit Specu.in tit.de expeñ.§.ſinautem. Actor enim omittens petitorium oſtendit ſe in eo temere litigaſſe,ergo.l.eũ quem temere.ff.de iud.c.finẽ.extra de dolo & contu. Bart.in.l. edita actio.C.de edendo. Bal.in.l.poſtq̃ liti.C.de pactis. Fallit concluſio hæc qñ actor iuſtã cauſam litigandi ad renunciationẽ vſq; haberet. l.qui ſolidum.§.etiam.ff.de lega.ij.ſic limitant Ange.& Fab.hic. 34
¶ Altera concluſio, quando petitorio intentato licitum eſt etiã poſſeſſorio vti,& cumulatio fieri tolleratur,tum agens poſſeſſorio non condẽnatur in expeñ.Sed in finalibus reſeruantur, Cy.in.l.incerti iuris.C.de interdic.Ioan.and.& Panor.in.c.paſtoralis.Si enim lex permittat poſſeſſorium cumulare,actor legis † auctoritate excuſatur.l. 35
gracus.C.de adulte.nec debuit decipi actor legis beneficio. glo.in.l. exigiendi.C.de procura.Et qui legis auctoritate peccat non punitur c.qui peccat.xxiij.q.iiij.In his duabus concluſionibus clare colligitur,quid in hac expeñ.difficultate ſit iudicãdũ,licet do.rub.hic quoſdam caſus ſatis inutiliter multiplicitet. Non erit tamen omnino alienum huc adducere cauſſas quibus † in expeñ. condennatio fieri ſoleat.Primo ergo condennatur quis in expeñ.ſi temere litigauerit:vt 36
hic &.d.l.eum quẽ temere. Secundo quando à lite deſiſtit.l.deſiſtiſse ff.de iudi.Tertio ad cauſam retardati; proceſſus quis in expeñ.cõdẽnatur.l.penul.C.de fructib.& lit.expeñ.Quarto ratione cõtumaciæ l.ſanximus.C.de iudic. Et licet ſecunda vocatione compareat.aut in principali bonam cauſam foueat.ab his contumacialibus expeñ. nõ liberabitur glo.in.c.j.de dolo & cõtuma.in.vj. Quinto condẽnatur in expeñ. is qui libellum ſuum aut mutare aut emẽdare cepit.l. edita actio.C.de edẽ.Sexto & vltimo quãdo in principali cauſa quis ſuccubuit,per regulam,victus victori.&.l.properandũ.§.ſinautem alterutra.C.de iudi.vbi do.Iaſ.(vt ſolet)pleniſſimè,& notabiliter regulã illam eſt interpretatus. ¶ Habes quid de hac ſecũda lectura doctores cenſeant,quæ licet in ſe vera ſit,non tamen recipitur,eodem enim morbo laborat,quo ſuperior,nam diuinat.quòd renũciatio facta ſit,. Tu iuuenis intellige eas eſſe † diuinatiuas interpretationes, quando 37

aliquid de facto ſuppletur de quo legiſlator nihil dixerit. quæ inter-
pretationes non iniuria repelluntur, quoniam ſi liceret paſſim facto
adiumgere, nulla eſſet iuris deciſio quæ non cauillaretur, quòd ex fa
cto oriatur ius. l. ſi ex plagijs. §. inclino. ff. ad. l. acquil. Et ad mutatio-
nem facti, immouerius eius circunſtantiæ ſepiſsimè deciſio iuris im-
mutatur. ſic fit, vt factum coram nobis propoſitum eiuſq; circunſtan
tiæ omnes diligen ter ſint conſiderandæ.

¶ Tertia igit̃ huius. §. lectura ſiue tertia ſolutio aſsignatur ad cõtra-
riũ de. l. ordinarij iuris, & de. l. incerti iuris. quibus prohibetur cõcur
ſus petitorij ei poſſeſsorij vt hic non ſit concurſus. Nam quando pri-
mo actũ eſt reiuendicatione, & poſtea intentatum fuit poſſeſſorium
tacite renũciatũ eſt petitorio prius intentato. Et quòd hæc tacita re-
nunciatio facta fuerit gloſ. probat hic ſequenti ratione. Ei qui poſ-
ſidet non datur realis actio. §. æque. verſ. ei verò inſti. de actio. l. j. §. in
terdictum auctẽ. ff. vti poſſidet. Sed qui agit interdicto retinendæ di-
cit ſe poſſidere. d. §. interdictum, ergo agens eo interdicto actionẽ re-
alẽ ſibi nõ cõpetere fatetur, quod nihil aliud eſt, q̃ actioni reali, & pe-
titorio renunciare tex. in arg. in. l. poſt diem. ff. de. l. cõmiſſo. l. cõmiſ-
ſorie. C. de pactis inter empto. & vend. Sup hac tertia lectura nos in
primis declarabimus qd Bar. placuerit, poſtea ſubiungetur, quid mo
dernioribus de hac re viſũ fuerit. ¶ Bar. primo q̃rit de veritate huius
lectionis, an ſcilicet qui poſſeſſoriũ † intentarit intelligatur renũcia-
38 re petitorio prius intẽtato. Ad ſolutionẽ cuius duo caſus cõſiderant
Primus, qñ actor poſſeſſorio agere cœpit, reus confeſſus eſt actorem
poſſeſſorem, quod fieri etiam ſolet, qñ reus acceptat libellum actoris
& illum implicat pro ſe, Et hoc idem priore caſu eſt affirmatiua con-
cluſio, vt. ſ. p actorẽ petitorio fuerit renunciatum. per hanc noſtrã ter
tiam lecturam, cui accedit gloſſæ magnæ ratio, quam ſtatim deduxi
mus. d. §. æque verſi. ei vero. Præterea facit ſecundũ Bar. quòd actor
habet quod petit, ideo reus eſt abſoluendus. §. fina. inſti. de perpet. &
tempora actio. l. quotiens. ff. de ſolutioni. Cum ergo reus abſolui de-
beat nulla actione reali tenebitur. Ideoq; ab actore fuit renuncitum.
Alter eſt caſus, quando negat actorem poſſidere, & negatiue conte-
ſtatur ſuper libello poſſeſſorio, & hoc caſu ſit etiam concluſio ſed ne-
gatiua, vt actor petitorio renunciaſſe non intelligatur, quam Bar. tri
bus cõprobat rationibus. Prima eſt, Aſſertio actoris per reum nega-
ta non poteſt ipſi reo prodeſſe nec ea ſe reus iuuare poteſt, quam niſi

tur im pugnare .c.ex eo. de regu.iur.in.vj. quæſitum. de reiudi.l.is qui contra tab.ff.de vulga.Secunda ratio adijcitur.de.l.cum de inde bito.ff. de probatio. vbi negans ſolutionem perdit preſumptionem ex actis aduerſarij procedentem. Tertia eſt, quòd quis non poſſit mi‐ ti nec ſuam intentionem fundare ex poſitione negata Specul.in titu. de poſitio.§.vni.verſi.ſed ſecundum. Et ſi hunc ſecūdum caſum pro‐ ponas,quòd ſcilicet reus negarit intentionem actoris non procedit noſtra tertia lectura.Colliges tū hinc tertiam concluſſionē. Quando actor intentat petitorium.& deinde venit ad poſſeſſorium ſuper quo conteſtatio negatiue facta eſt non renūciatur petitorio. Sed ſuperſe‐ debitur in eo in euētū poſſeſſorij,cumulari enim non poſſunt, Ideoq; ſi poſtea in poſſeſſorio ſuccumberet redire poſſet ad continuandū pe titoriū, quod pēdebat ſic fit vt vtilitatis plurimū reus ex renūciatiōe actoris aut expſſa aut tacita cōſequat, quod ſcilicet petitoriū omni‐ nō tollatur.Cautus ergo erit aduocatus deffenſoris, dum actor peti‐ torium relinquit ad poſſeſſorium cōuolās, vt actorem interroget an petitorio renunciare malit. aut acceptet libellum poſſeſſorium acto ris vt in prima concluſione ſtatim dicebam. Nam ad petitorium rur‐ ſus redire nequibit. Super his tribus cōcluſſionibus doctores moder‐ ni multa dicūt.eaſq; impugnare nituntur. Et in primis. dicunt primā ſuſtineri nō poſſe minuſq; rationem Bart.valere dum ait finiri peti‐ torium quando reus confitetur, quia actor habet quod petit ideoq; reus abſoluendus eſt ab inſtantia.&c. Iaſon ſic opponit dicens ineptè & male dictum à Bar.fuiſſe, licet enim (inquit) reus confeſſus fuerit actorem poſſeſſorem, & hic actor habeat vnum extremum ſui reme dij poſſeſſorij,non tamen conſtat de turba aduerſarij, quæ neceſſaria eſt.l.j.§.eſt igitur.ff.vti poſſide ſic non eſt verum reum abſolui debere Secundo quòd reus qui confitetur actorem poſſeſſorem eſſe,non de‐ beat abſolui,adducitur doctrina Bart.hoc.§.in prima conbinatione, vbi inquit reum ex ſua confeſſione nō liberari, quandoquidem mul‐ ta poſſeſſioni acceſſoria ſubeſſe poſſunt, quibus reus obnoxius ſit. Tertio vltra doctores adduco dictum Barto.in quarta lectura.§.ver ſiculo(inqt)licet actor poſſeſſoriū inſtituat ex noua poſſeſſione du‐ rat adhuc petitorium propter fructus,partus,& alia quædam, Hic er go eadem ratione petitorium ſupererit. Quarto dicit Bar.reum eſ‐ ſe adſoluendum qui confeſſus eſt actorem poſſidere. Contra imo de‐ bet tūc cōdēnari,quoniam in cōfeſſum nullæ ſunt partes iudicis,niſi

in condēnando.l.j.ꝭ.de confeſ.l.proinde.ij.§.fiñ.ꝭ.ad.l.acquil. Quinto, hęc Bar.concluſio effecit hunc tertium intellectum illuſorium & inutilē, quia anteꝗ̄ tacite petitorio renunciatum ſit ſecundū hanc cōcluſionem oportet reum confiteri actorem poſſeſſorem. At qui confeſsiones in iudicio rariſsimè fiunt. Aduocati enim ſolent dicere cliētulis ſi fatearis perdes cauſſam. ſed non dicunt ſi non fatearis perdes animam.glo.in.c.j.de cōfeſſis in.vj. Seruiret igitur hic intellectus de vēto. Sexto retenta concluſione Bar. vanū eſſet dicere. hoc tertio intellectu concurſum nō fieri, quoniam nullum remedium remanebit, petitorium per renunciationē tacitā finitur, vt hic, poſſeſſorium per confeſsionem deffenſoris.l.poſt rem iudicatam.ff.de re iudic.

¶ His rationibus arbitror vos facilè moueri, ſed non ſunt tales, quibus à Bar. diſtinctione adducamini. ¶ Ad primū fundamentum puto plus ineptitudinis in argumento Iaſ. eſse quam in dicto Bar. vide diligenter, Iaſo. dicit non conſtare de ſecundo extremo ſcilicet de turba, ergo (inquit) non debet abſolui, quaſi verò ſi cōſtaret de vtroꝗ̄ extremo tum reus abſoluendus eſſet. Ego ſanè arbitror tunc reū eſſe indubiè condēnandum, ſi de vtroꝗ̄ extremo actori neceſsario conſtaret. Dic ergo Bar. voluiſse, quando reus cōfitetur actorem poſſeſſorem eſſe, tunc apparet actorem habere quod petit, nempe rem poſſeſſam, reus ergo abſoluendus eſt, (abſoluendus inquā) ab inſtantia petitorij prius intentati, & hoc tandem Iaſ. fatetur. licet eius impugnatio fuerit valde debilis vt ſtatim dixi. Tu adde poſſeſſorium adhuc locum habere reſpectu turbæ, quæ, non obſtante confeſſione rei adhuc fieri poſset, verum eſt tamen actori nullum remedium competere pro re quā ipſe tenet, vt dixi ſupra. in prefatione.j.

¶ Ad ſecundum fateor reum non eſſe omnino abſoluendum preſertim à poſſeſſorio ſiue quoad rē principalem ſiue quoad acceſsiones. Sed in noſtra concluſione dicimus reum abſoluendū ab inſtantia petitorij, vt & Iaſ. in precedenti contrario fatebatur. Replicabit prouectus. ſi abſoluatᷣ reus à petitorio illa abſolutoria pluribus caſibus nocebit in poſſeſſorio, vt ſupra diximus in prima lectura, Nos autem diximus paſſim hunc ad poſſeſſorium admittendum, ergo ſolutio non
39 valet, nec iuuat dicere, ꝙ abſolutoria de qua Bar. ſit abſolutoria † ab obſeruatione iudicij, quæ non parit exceptionem rei iudicatę.l. properandum.§.& ſi quidem. quoniā poſtꝗ̄ renunciatum eſt petitorio, nō poteſt amplius ad ipſum actor redire.l.poſtꝗ̄ liti.C.de pac. Sic ſit vt non ab inſtantia ſolum ſed ab actione reus abſoluendus videatur.

Tu dic hanc eſſe abſolutoriam ab obſeruatione iudicij, quæ eſt in-
terlocutoria.glo.in.l.harum.ff.de accuſa. Paul.de caſt.in.l.exceptio-
nē.nu.v.C.de proba. Et ſi actor à petitorio repellatur non vi ſenten-
tiæ id fit, ſed vi renunciationis tacitæ. ¶ Ad tertium prima fronte di-
cendum videretur (idqꝫ tenēt doct.) in quarta lectura non fuiſſe à pe-
titorio receſſum, quia tempore petitorij intentati actor poſſeſſionem
non habebat. Ideo ei nihil poterat imputari. Sed ibi vltra modernos
iſtud oſtendetur non ſatis ſufficiēs. Dic interim verum eſſe, quòd du-
rabit petitoriū ſuper rebus de quibus per poſſeſſorium iudiciū actor
non ſibi preſpexit, non enim cumulatio † prohiberi poteſt, aut cōtra- 40
rietas deprehēdi remediorum, ſuper diuerſis rebus, nihil enim obſtat
agere petitorio ad fundū, & poſſeſſorio ad vineam vt infra in quarta
lectura dicetur. ¶ Ad quartum fateor ꝙ reus debet ex ſua confeſſio-
ne condēnari in poſſeſſorio, ſed Bar.dicit eum abſoluendum ab inſtā-
tia petitorij, vt dixi in primo contrario. ¶ Ad quintum etiam ſi pro
intellectu requiratur confeſſio rei deffenſoris, nō redditur tamē ob id
hic itellectus inutilis, quia multotiēs litigantes ad boni aduocati per-
ſuaſionem confitentur veritatē, & licet raro id cōtingat apud vafrū
& verſipellē cauſidicū, non id tamen apud vos quum aduocati mu-
nus ſubire velitis, cōperiatur, quęſo, ſed primū de veritate facti à cliē-
tulo veſtro perquiratis diligenter, deinde eam ſequamini & iure def-
fendatis. ¶ Ad ſextum fateare, petitoriū finiri per renunciationem
tacitā. Sed poſſeſſorium adhuc durabit, quoniā licet actor poſſeſſor
ſit, & de eius poſſeſſione rei confeſſione liqueat (qua nulla probatio-
nis melior ſpecies) poteſt tamen in ea poſſeſſione turbari, ſic deffenſa
eſt prima concluſio.

¶ Contra ſecundam. quæ vult ꝙ quando reus negat poſſeſſionem
actori competere, non inducitur tacita renunciatio. Primo oppono.
quia ſequeretur vnum plane abſurdum, nempe ꝙ quando reus fatetꝰ
ius actoris eſſe fortius, tunc erit debilius, & quando putat ius acto-
ris debilius, tum efficacius eſt, Et enim ſi reus fateatur poſſeſſionem
actoris, actor petitorium perdit. Sed ſi neget reus. fortius eſt ius acto-
ris, quoniam vtrumqꝫ remedium habet. quod concedi non poteſt.

¶ Secūdo adducitur dictū Bar.in.l.poſt legatū.§.de his quib.vt in-
dig. Inno.in.c.cū olim de teſtib. & Iaſ.hic.nu.lxxviij. vbi dicunt par-
tem quæ negat poſſeſſionem aduerſarij, non poſſe ſe illa negatiua iu-
uare, tamen iudex officio ſuo poteſt actorem repellere, qui ad petito-
rium rediret. Atqui iudicis factum eſt factum partis.l. ſi ob cauſam

C. de euict. ergo actoris renunciationẽ tacitã reus adducere poterit. Tertio conſidera varietatem duarum cõcluſionum parum prodeſſe quando ſcilicet dicitur aut reus negat, aut confitetur &c. Quoniam aduocati quotidie ita poſitionibus actoris reſpõdent, quathenus pro reo facit, acceptat, quathinus cõtra, nõ acceptat, quæ clauſula eſt val de vtilis ſecundũ Bar. in. l. publia. §. fina. ff. depo. Non recedas tamen his breuibus argumentis à ſecunda concluſione.

¶ Ad primum dic non propterea abſurdum id adduci poſſe, Immo uerò quãdo reus cõfitetur fortius eſt ius actoris, quia non eget actor alia probatione, & dum dicitur, ꝙ actor pernit remedium petitori um, ſit ita, lucratur tamen rem ipſam, quod ei longe melius eſt. l. minus. ſ. de regu. iur.

¶ Ad ſecundum dic, quòd dictum Bar. & aliorum procedit in aliis terminis, quando ſcilicet actor locupletaretur euidenter cum iactura aliena: alias iudex officium ſuum non potenti minime impertitur. l. iiij. §. hoc autem. ſ. de dan. infect. Si aliter dictum Bart. & aliorum in telligas, puto verum non eſſe.

¶ Tertiũ fundamẽtũ modicũ habet robur, quia licet ponat̃ illa clau ſula in libellis ſitq́ꝫ plerũq́ꝫ vtilis. Requirit̃ tamen ꝙ à deffenſore ſiat conteſtatio purè & clarè quod quidam dicunt, cathegoricè, & diſtin ctio Bar. tum locum habebit.

¶ Pro ampliori declaratione huius tertiæ lecturæ quærit Bart. An in tentãs petitoriũ renunciet poſſeſſorio, & diſtinguit notabiliter vt ſolet, cuius diſtinctionem interea vide per te, & enim à me nihil dici poteſt ſuper ea, quoniam hæc eſt materia terciæ concluſionis prin cipalis quam ſupra ex tex. elicui, & quam latiſſime finitis omnibus lecturis pertractabo. Hæc tertia lectura licet in ſe veritatis plurimũ habeat, tamen ſecundum Bar. & alios diuinatiua eſt, quòd tex. hic de ſcientia aut ignorantia mihi mentionis faciat.

¶ QVARTA ergo lectura & principalis ſolutio Illius fortiſſimi cõtrarij de. l. ordinarij iuris eſt, vt fateamur in hoc tex. eſſe cõcurſum. petitorij & poſſeſſorij. Idque tollerari poteſt, quòd poſſeſſorium pro cedat ex poſſeſſione de nouo ſuperueniente. ¶ Contrarietas enim quæ reſultabat ex cumulatione petitorij & poſſeſſorij. Ideo repro batur, quòd eo tempore: quo petitorium fuit inſtitutum, poſſeſſio penes actorem erat, vti intẽtato deinde poſſeſſorio fuit manifeſtum. Sed hoc noſtro caſu non ſic eodem tempore vtrumq́ꝫ competebat.

¶ Contra hanc lecturam & ſolutionem, Barto. ſic opponit, Si reus

ad actorem perueniſſet, debuiſſet reus abſolui.l.ſinautem.§.j. de rei
vendicatio.§.finali.inſtitu.de perpet.& tempor.actio.l.quotiens.ꝭ.de
ſolutionib. Ideo concurſus nullus eſſe potuit, cum petitorium finitũ
eſſet. Solutio Bart.eſt, quòd de reipſa principali reus abſoluatur. Iu-
dicium tamen petitorium durat propter fructus, partus, euictionem
&c.l.vtique.l.ſi à bonefid.ꝭ.de rei vendicatio .l.ſi ſeruus.ꝭ. iudic. ſol.
& adhuc eſt concurſus. Sic deffendi poteſt ſecundum eum, Poteſt
tamen melius reſponderi ſecundum Paul.Caſtren.& Iaſ.quod peti-
torium adhuc duret, vt actor declaretur dominus.l. & ex diuerſo.§.
primo.ꝭ.de rei vendicat.l. ſi antè.§.j.& glo.ſingularis ibi ſecundum
Iaſonem hic cum hac declaratione. Tranſeunt Rube. Fabius & alij
quos omnes arbitror † has lecturas ꝑperã approbaſſe & declaraſſe. 41
¶ Et in primis dum dicunt doctores poſt glo. in hoc quarto intelle-
ctu durari petitoriũ & admitti concurſum, nihil video cur eadẽ oĩno
ratione.in tertia lectura petitoriũ nõ duret cum poſſeſſorio, Nam vt
in hac quarta lectura deffendunt petitorium concurrere cum poſſeſ-
ſorio, quod per petitorium agatur de fructibus & de alijs acceſſioni-
bus ſecundum Bar.aut ſecundum alios, quòd actor petat ſe declara
ri dominum, ita in tertia, quando agebatur poſſeſſorio rei principa-
lis, nihil impedit cur petitorium pro acceſſionibus, aut vt actor de-
claretur dominus, non duret. Idq; ſupra in eadem tertia lectura inge-
nue fatentur. Nec prodeſt dicere rationem differentiæ multam eſſe,
quòd in tertia lectura ſit quod iputet̃ actori, quòd a principio nõ ex-
periat̃ poſſeſſorio.licet poſſeſſionem haberet. Sed in quarta ei nihil
põt iputari cũ poſſeſſiõne careret. Iſtud profecto nõ arguit cumula-
tionẽ.fieri poſſe i hac.iiij.lectura.quia ſi hoc ſufficeret, fruſtra ꝑ Bar.
hic reſtrigit̃ petitoriũ. Ad acceſſiões, aut ꝑ alios ad declarationẽ dñij,
Nõ ergo alterat̃ natura cumulatiõis, quoq; tpe poſſeſſio actori cõpe
tat. Imo fortiori rõne petitorio tacite renũciat̃ ꝑ agẽtẽ ex noua poſſeſ
ſione, vt ſignificet̃, eũ petitorio a principio nõ egiſſe, ſi poſſeſsionẽ ha
buiſſet. Vñ q̃tũ ꝑtinet ad cõcurſum et cumulationẽ petitorij et poſſeſ
ſorij nihil differẽtię eſſe puto iter.iij.&.iiij.lecturã, ꝑcipue qa ꝑ rebus
diuerſis indiſtiicte cumulant̃. vt in.iij.c.pricipali dicet̃, Fac igit̃ duas
cõcluſiões apud me veriſſimas, vna eſt qñ actor itẽrauit petitoriũ ſup
aliqua re, & deinde poſſeſſoriũ, nihil quoad permittendum concur-
ſum reffert, an ex poſſeſſione, a principio, an poſtea cõpetẽte poſſoriũ
iſtituat̃, qñ vbiq; eodẽ modo cõcurſus ipedit̃, & petitorio renũciat̃.
contra quem petitorium erat inſtitutum, amiſiſſet poſſeſſionem, quę

Altera, quando actor intẽtauit petitorium ſuper re, & deinceps poſ-
ſeſſorium, ſiue ex antiqua ſiue ex noua poſſione remanet petitorium
quoad acceſſiones, de quarum poſſeſſione tandem nõ contenditur,
& vt actor dominus declaretur, quoniã id in poſſeſſorio deduci non
poteſt. Non diffiteor tamen differentiam inter has duas lecturas re-
periri. Primo quia facilius in quarto intellectu actor ad intentandũ
poſſeſſorium tolleratur, q̃ in tertio. In tertio enim cum petitoriũ pro
poſuit, cõtẽpſit poſſeſſoriũ, quo vti poterat. In quarto ſecus pro quo
primo facit. c. paſtoralis. de excep. extra. Secundo. l. de etate. §. ex cau
ſa de interrog. actio. Tertio. c. inſinuante. de offi. deleg. Quarto. l. nõ
diſtinguemus. §. cum quidam. de arbitr. Quinto. c. fina. de reſtit. in in
teg. Sexto. l. ab arbitrio. ff. qui ſatiſda. cogã. ¶ Subſequitur ſecunda
differentia, vt in. iij. lectura actor condẽnetur in expẽ. l. edita actio.
C. de edend. In quarta ſecus, quia probabilem mutationis cauſam ha
bet. l. is qui deſtinauit de rei ven. nec temerarius dici poteſt.

¶ Quinta lectura ſiue ſolutio ad. l. ordinarij: ad. l. icerti iuris quę vo-
lunt petitorium & poſſeſſorium non poſſe cumulari eſt, vt dicamus
ea iura prohibere cumulationem, ſi de eadem ſpecie poſſeſſionis aga
tur, Sic q̧ actor experiretur reali actione contra poſſeſſorem natura-
lẽ, & deinde poſſeſſorium retinendæ intentaret dicens ſe naturaliter
poſsidere, eſset enim ipſe ſibi contrarius, & ſe poſſeſſorem & aduer-
ſarium etiam affirmans. Priuſq̃ vltra progrediar, Supponendum eſt
quod in tertia pręfatione dixi, nempe quod ſpecies poſſeſsionis mul-
41 tiplex eſt, corporalis, naturalis, ciuilis, quę an poſſint diuerſis compe-
tere. Pono duas breues † concluſiones. Vna eſt ſicut nõ poſſunt plu
res eſſe domini eiuſdem rei inſolidum eadem ſpecie dominij. l. ſi vt
certo. §. ſi duobus. ff. commod. l. hæreditate. §. pater. ff. de caſtren. pe
cul. Sic nec plures eſſe quęunt eiuſdem rei poſseſſores inſolidum ea
dem poſſeſsionis ſpecie. tex. in. c. licet cauſam. extra de probat. Alte-
ra concluſio. Sicut duo pluresue poſsunt eiuſdem rei inſolidum do-
mini eſse varia ſpecie dominij, vt vnus ſcilicet ſit directus, alter vtilis
ſic & plures diuerſæ rei poſſeſsores eſse diuerſa quidem poſſeſsionis
ſpecie poſsunt. l. & habet. §. cum qui. ff. de precario. not. in. d. c. licet. et
in noſtro quinto intellectu idem reſultat. His itaq; breuiter premiſsis
venio ad oppoſitiones Bart. Quòd imo petitorium & poſſeſsorium
etiam reſpectu diuerſæ poſſeſsionis non cumulentur. Certum eſt (in
quit) per remedium petitoriũ actorem conſequi poſſeſsionẽ. l. officiũ
l. qui reſtituere. ff. de rei vendica. quã etiam actor per remediũ poſſeſ-

ſorium perquirit,quia ſi turbetur in ciuili conſequitur naturalẽ vt in glo.& in.l.clam poſſidere.§.fi.ſupra. Sic fit,vt per vtrũq; idẽ quis con ſequatur. Atqui quando ad eandem rem actori † duo remedia cõpe tunt,altero tantum ex periendum eſt.l. nemo.§. quoties.de regu.iur. 4
Ergo nõ eſt verũ concurſum admitti. Pro ſolutione huius contrarij Bar.citat opinionem Oldra.qui fatebatur nõ admitti cõcurſum hic, non quidẽ quòd prohibeatur pretextu contrarietatis, quæ nulla eſt, poſteaq; de diuerſa ſpecie contenditur. Sed bene impeditur cõcurſus rõne ſimplicitatis.quod per vtrũq; ide con ſequamur.l. huiuſmodi. §.fi.ß.de leg ij.nõ placet Bar.hęc ſolutio qa huius tex.deciſio eẽt ver bis ipoſita,ſic itelligẽdo. Ad verã igit̃ ſolutionẽ huius cõtrarij p̃mit tẽda eſt oppinionũ diuerſitas i eo articulo an duo remedia ex diuerſa cã procedentia poſſint pro eadem re cumulari, Vna eſt gloſſę.in.l. edi ta actio.C. de edẽdo. Dy.in c. nullus.de regu.iur.in.vj.quod ſcilicet cumulari poſſint,& tunc opinio Oldra.eſſet falſa,nec allegari tũ poſ ſet.d.l.nemo.§.quotiens,quoniã ibi duo remedia nõ cumulant̃ quòd oriantur ex eadem cauſsa,ſed hic diuerſam eſse liquet.Nec obeſt etiã tex. in.l.huiuſmodi.§.fina.quem Bar.dicit nihil obſtare ſi recte conſi deretur,quia nec duo remedia permittuntur,vt pote ex eadem cauſſa procedẽtia. Altera eſt opinio Petri & Cy. in.d.l. edita actio, q̃ ſcilicet etiam ex diuerſa cauſsa duo remedia ad idem non competant.& ſecũ dum eam etiam non obeſset contrarium,quoniam hæc duo remedia nempe petitorium & poſſeſſorium non competunt ad idem.Et enim per petitoriũ peto me debere declarari dominũ .l. & ex diuerſo.ß. de rei vendi.ſupra.l.pomponius.§.ſed & ſi quis de procurato. Et licet tã dem veniat poſſeſsio,hoc fit non iure dicti remedij petitorij & actio nis,ſed officio iudicis.l.qui reſtituere.ß. de rei vendi. & poſset iudex id nõ excercere videns actori competere remedium poſſeſsorium.In ſuper quando fertur ſententia † ſuper poſſeſsorio actor declaratur 44
poſſeſsor ciuilis & ei reſtituitur naturalis, quod ipſi actori proderit, vt conſtet vſucapionem non eſſe interuptam vt ait Dy.in.c.ſine poſ ſeſſione.de reg.iur.in.vj.& iſtud non declaratur in petitorio.Quo fit, vt hæc duo iudicia ad diuerſa pertinere intelligantur,& in conſequẽ tiam rationem duplicitatis non obſtare. ¶ Licet hæ ſolutiones Bar. cõmuniter recipiantur. Alex.tamẽ ab Imo.poſt Alb.& quidam mo derni dicũt poſſe deffendi poſſeſsionem in petitorio venire iure actio nis,& in poſſeſſorio officio iudicis, eorum tamen rationes ſatis mihi videntur debiles. Quare non lubet referre,non etiam licet per occupa

ſtones foreſes omnia preſcruptari, Satis ergo erit, ſi neceſsaria vobis adferantur. Supereſt itaq; ſolutiones cõiter recipi, quas Iaſ. hic dicit iungendas & intelligi debere vt licet in vtroq; poſſeſsio naturalis adferatur, in petitorio tamẽ ea principaliter nõ venit conſideranda. Adde quod id attendi debet ad quod principaliter agitur. l. j. §. ſi rogauero. ff. de poſi. l. ſi quis nec. cauſ. §. ſi cer. pet. Adde preterea q in ſententia ſuper his remedijs ferenda, & in executione, plurimum differentię ſit, in ſententia quidẽ Bar. declarauit, in executione petitorij res preciſe eſt reſtituenda, nec ſuccedit obligatio ad intereſſe. glo. in. l. qui reſtituere. §. de rei vendi. Sed in poſſeſsorio admittitur cõdẽnatus ad preſtandum intereſse. l. ſi duo. § fi. & glo. ibi. ſ. vti poſ. Inſup ſi lata ſentẽtia in petitorio res contentioſa perierat, eſtimatur proprietas, Si i poſſeſsorio, fit poſſeſsionis eſtimatio, quæ eſtimationes quidem diuerſæ ſunt. l. ſi mulier. §. qui poſſeſsionem. ff. de eo quod met. cauſſa.

¶ Pro cõplemẽto huius quinti intellectus Bar. quęrit, actor propoſuit petitorium ſimpliciter ad cõſequẽdũ fundũ, & poſtea poſſeſsoriũ ſcilicet retinendæ, ſed ſimpliciter hoc eſt nulla expreſſiõe poſſeſsionis

55 facta in ſpecie, dubium eſt † an videatur poſſeſsorium pponere reſpectu eiuſdem ſpeciei, an reſpectu diuerſarũ poſſeſsionum? Argumentatur Bart. pro tribus opinionibus, Primo q reſpectu eiuſdẽ illa remedia pponanẽ. Scḋo q petitoriũ reſpectu naturalis exiſtẽtis penes deffenſorẽ. l. j. C. de aliena. cau. iud. mutã. poſſeſsoriũ reſpectu ciuilis exiſtẽtis penes actorẽ. Tertio q petitoriũ reſpectu ciuilis exiſtẽtis penes ipſũ reũ, & poſſeſsoriũ reſpectu naturalis exiſtẽtis penes actorẽ. ¶ Primũ pbaẽ, qa poſſeſsio ſimpliciter, plata itelligitur de ciuili & naturali. l. ij. §. quod vulgo. ſ. p hęred. l. j. §. dejcit. ſ. de vi & vi ar. Ideoq; i petitorio, poſſeſsio de vtraq; deffenſoris, & deĩde i poſſeſsorio de vtraq; actoris itelligiẽ. ¶ Scḋm quod petitoriũ reſpectu nr̃alis in reo exiſtentis &c. probatur, quia poſſeſsio ſimpliciter prolata intelligitur de naturali et rei detentione. l. ſtipulatio iſta. §. hec quoq;. de verbo. obligatio. & deinde in poſſeſsorio de ciuili, vt vitemus conrrarietatẽ, debemus diſtinctione iuuari. tex. in prima conſtitutione. C. §. quibus facit. quod not. in. l. ſcripturæ. C. de fide inſtru. ¶ Tertium q in primo iudicio intelligatur de ciuili, conſtat, quia verbum debet intelligi in eum caſum quo iuris habeat effectum. l. ſi is cui. §. j. de ſolutio. Atqui poſſeſsio ciuilis eſt illa, quæ habet effectum ciuilem nempe vſucapionis, & fructuum acquiſitionis. glo. in. l. iij. §. econtrario. & per Dy. in regula ſine poſſeſsione de regu. iur. in. vj. Si igitur primum iudicium intenta-

tur ratione ciuilis,ſecundū intentabitur tandē ratione naturalis vt cō trarietas euitetur,& ſuperfluitas. Vides argumenta ꝑ vnaquaq; triū opinionū,quę cōſiliantur hac cōſideratiōe,vt ſcilicet videamus an ex cōiecturis poſsit apparere de qua poſſeſsione habeatur ſermo,quę cō iectura colligitur ex qualitate rei cōuenti, qui fortaſſe huiuſmodi eſt, vt alteram tantū habere poſſit,veluti in emphit heota,fructuario &c. qui ſolum naturaliter poſsident. Ideoq; petitorium propter naturalē deffenſoris intētatur,& poſſeſsorium deinde propter ciuilem actoris, Verba enim ſunt accipiēda ſecundū ſubiectam materiā.l.ſi vno.ff.lo cati.l.ſed & ſi poſſeſsorē.§.j.ff.de iure iurā.l.ſtipulatio iſta.§.hi qui.de verbo.obliga. Si autem per coniecturas deprehendi nō poteſt de qua poſſeſsione primum agatur,tunc erit facienda interpretatio ſecundū actorem.l.ſi quis intētione ambigua.ff.de iudic. Eſt verum ꝙ ſi actor mortuus eſſet, non reciperetur hæredis interpretatio per glo.in.l. in terſtipulantem.§.ſticum.ff.de verb.obliga.l. idem pomponius ſcribit §.ſi.ff.de rei vendi.melior tex.in.l.generaliter.in prin.C.de reb.credi. Reſolutionē Bar.ſequūtur doct.cōiter. Ange.tñ dum Bar. ait eſſe in facultate actoris declarare de qua poſſeſsione agatur, putat contrariū verius,quia vt inquit,facile eluderetur iudicium,nec poſſet reus de cō traria poſſeſsiōe docere,& minus contrarietatem actori impingere,al legat tex.in.l.duobus.§ igitur ſiquis.ꝟ.de iureiurā. vbi fideiuſſor iu dicatum ſolui,qui iurauit in inſtantia ſe non debere non poteſt poſtea declarare &c. Sed illi textui reſpōdetur varijs modis, ego non video tex.illum propoſito ſeruire,potiſſimum quia ibi loquitur tex. de iure iurando,quod † intelligitur ſecundum mentem defferentis, non autē ſecundum mentem iurantis.l.iiij.§.fina. illo titu. hic vero de libellan 45
te,cui lex permittit ſuam intentionem declarare.d.l. ſi quis intētione, Imputet igitur ſibi aduocatus rei, quare à principio nō petit actorem libellum ſuum clare & in ſpecie proponere. Quantū pertinet ad hæ redis facultatem,de qua hic Bart. loquitur, Ludo. Roma. & puteus quos hic citant Alexā. & Iaſ. ſunt in contraria opinione, quòd ſcili cet hæres poſſit declarare dubitationem libelli,poſtquàm ea declara tio nō adfert damnum reo.l.ſi quis à filio.§.ſi plures.de lega.j. & glo. ibi. Alex.tamen et,vt mea fert ſententia,bene,dicit reo plurimum dā ni ex declaratione poſſe contingere, qui non poſſet allegare contra rietatem remediorum, qui etiam fortaſſe ſuam inqueſtam ſuper vna ſpecie poſſeſſionis fecit,& hęres dicit defunctum intellexiſſe de alia ſpecie. Poſſet etiam damnum ſuper expeñ. inferri.

Aduerte etiam ꝙ Iaſ. hic nu. xcvj. ad finem arbitratur hanc diſtinctionem & declarationem Bar. nõ eſſe neceſsariã, imo iudicia dici debẽt indiſtincte ſuper diuerſis poſſeſsionibus intentata, idq́ꝫ tex. noſter velle videtur, vt contrarietatem euitemus. Quo fit, vt hęredis declaratio neceſſaria non ſit, cum à lege id ſatis declaratum fuerit in hęrede, ſicut in defuncto. l. ij. §. ex his. de verb obli. l. ij. in fine. C. de fructi. & lit. ex, pẽn. Id tamen, quod Bar huc attulit minime reprehendi debet, qui aliquot membra fecit, vt locum hunc declararet, ante ea ſatis difficilem nõ puto hic diutius inſiſtẽdũ, quòd vtilitatis modicũ in hac re verſet.

¶ Per hęc doctoribus vidẽtur ſatis ſuperq́ꝫ declarati quinq́ꝫ huius. §.
47. intellectus, quorum vltimus ab his tantum recipitur, † quòd alij quatuor quid diuinationis habeant. Ego non video hunc quintum intellectum eſse ſine maiori diuinatione, quis enim denunciauit actorem propoſuiſſe petitorium reſpectu vnius poſſeſsionis, & poſſeſsoriũ reſpectu alterius preſertim quòd pluralitas rerũ non preſumatur, ſic nõ modo circa factũ eſt diuinatio, ſed incertitudo maxima. Preterea hoc quinto modo intelligendo ſecunda pars tex. non rectè infertur ex prima. non enim ſequitur proprietas & poſſeſsio nihil habẽt cõe, ergo reſpectu diuerſarum poſſeſsionum intentato petitorio. non prohibetur &c. Debuiſſet enim iurecõſultus proponere (poſſeſio naturalis & ciuilis nihil habent cõe) ergo cõcurſus &c. Tertio hic intellectus eſt de indubitabili, quia nullus tã reſupinus dicet petitorium reſpectu naturalis, q̃ i reo eſt nõ cõcurrere cũ poſſeſsorio reſpectu ciuilis q̃ eſt i actore, ergo. l. qð labeo de carb. ff. Videẽ ergo recedẽdũ eſſe ab his quinq́ꝫ itellectibus gloſſarũ & doctorũ ꝗ ꝑmultis añ diebus declarabantur.
¶ Reſpondet Barto. primo in appellationis articulo poſſe ſententiã ferri ſine conteſtatione, quia lis conteſtata fuit in prima inſtantia, ad quam per appellationem omnia reducuntur. l. ita demum. C. de procurato. Secundo in ſecunda inſtantia eſt ſpeciale vt non ſit neceſſaria conteſtatio, prout eo. §. dicitur, & gloſſ. ibi. ergo in contrarium ceſſante ratione ſpecialitatis eſt ius commune. l. ius ſingulare. ff. de legibus. l. prima. ff. ad municipal. & ita hæc ratio facit pro nobis, & retorquetur contra Guiller. Tertio ego dico argumen. hoc & ſimilia per equiparationes non concludere, licet enim duo in aliquibus conueniant, nihil impedit quo minus in permultis differre queant.

¶ Quinto adducebat Guiller. rationem ſatis vrgentem, in materia poſſeſſoria proceditur cum non legitima perſona. l, final. C. qui leg. perl. ergo deffectus vnius non viciat, & ſic nec litis cõteſtationis ici licet deffectus viciare debet. Ad hoc Barto. reſpondet non eſſe bonã † conſequentiam. Iſta cauſſa habet vnum ſpeciale, ergo habet aliud Immo verò debet contrarium inferri, ergo non habet aliud, ne concurrãt duo ſpecialia. l. prima. C. de dotis promiſsio. l. & poſt § gener. ff. de iure dotium. Iaſon. dicit iſtud Arg. Guiller. eſſe reale, ideo dicit fortius eſſe inducendum hoc modo ſcilicet, 10

In iudicio poſſeſſorio pſonę legitimatio ſublata eſt, q̃ tñ legitimatio etiã in iudicijs alioqui ſũmarijs neceſſaria eſt. Bar. in. l. ij C. de edicto diui Adria. tollẽ. Alex. in. l. iudices. C. de iudi. ergo à fortiori tollitur litis cõteſtatio, & ſic (inquit Iaſ.) reſpõſio Bart. nõ obſtat Fab. aliter inducit arg. Guill. legitimatio pſonæ in poſſeſſorio tollit̃ p illã. l. mométanæ, ergo nõ requirit̃ litis cõteſtatio, cũ pſona illegitima nõ poſſit litẽ cõteſtari. Inſuper (inquit Fab.) alia rõne ſolutio Bar. nõ videt̃

11 valere, qm̃ duo ſpecialia cõcurrunt, † qñ vnum venit in cõſequentiã alteri⁹. l. ſingularia. ff. ſi cert. peta. Accedat etiã ꝑ arg. Guill. text. in. l. final. C. ad velleya verſi. (cũ em̃ ſcimus.) ¶ Nõ video tñ cur ſolutio Bar. nõ ſit ęque realis ſicut argu. Guill. quoquomodo corroboratũ, nec inductio Iaſ. plus põderis habet quã Guill. quià ſemꝑ negabo cõſequẽtiam per rationẽ Bart. & licet in ſummarijs pſonæ legitimatio ſit neceſſaria ſpãle tñ eſt i ea. l. final. Sed vnũ ſpãle nõ debet ſecũ aliud trahere, vt perpulchrę Bar. ait. Inductio Fab. nõ magis viget, vt etiã tãdem ipſe fatetur, qm̃ ſicut legitimatio pſonæ in poſſeſſorio ſublata eſt ita nõ legitima pſona litẽ in eodẽ poſſeſſorio cõteſtari poſſe videtur. l. ad rẽ mobilẽ. l. ad legatũ. ff. de ꝓcuratore Nec eſt verũ, illud ſpeciale, quòd ſcilicet lis nõ cõteſtetur, conſequens eſſe ad ſpeciale illegitimationis pſonæ, immo ſunt oĩno impertinentia. Et quòd imperator dicit in ea. l. final. ad velley. non probat dato vno ſpeciali alterum cõcedi, niſi vbi lex illud ſecundum ſpeciale cõfert, aut expreſſę, aut per quandam conſequentiam, vt dictum eſt. arg. l. ratas. C. de reſcinden. venditione.

¶ Sexto Guill. ſic inſtabat, In iudicio petitorio contra reum contumacem fit miſſio in poſſeſſionem & in actorem trãſfertur poſſeſſio, licet adhoc ſpecialiter non agatur, multo magis ergo in iudicio poſſeſſorio tranſferri debet poſſeſſio, quòd de ea principaliter agatur. Reſpondet Barto. poſſeſſionem, quæ in actorem tranſfertur facilẽ poſſe recuperari, ſiquidem contumax infra annum comparuerit ſuamq; contumaciam purgarit. l. ſi quis emptionis. §. penulti. de præſcriptio, xxx. anno. c. quoniam frequenter. §. in alijs verò, extra vt lite non cõteſtata. Et ſi quis dixerit poſt annum ſaltem magnum præiudicium adferri, quoniam non recuperabitur poſſeſſio per eadẽ iura. Fateor inquit Bar. ſed illud procedit ex nimia contumacia rei, vt dicetur in ſequenti cõtrario, vult dicere qđ id nõ procedit ex vi remedij poſſeſſorij, ſed decretorum, quæ actor propter rei magnam contumaciam conſequitur, vt clarius dices in ſequenti contrario.

¶ Septimo ergo Bart.reffert aliud fundamētū Guill.qđ eſt eiuſmodi. Propter cōtumaciā rei citati procedit ad dominij trāſlationem in vim ſecundi decreti.l.ſi finita.§.iulianus.l.pretoris officiū de damno infect.ſupra,multo magis ergo propter rei contumaciam tranſferri poſſeſsio poteſt Bart.dicit ſe iam reſpondiſſe,quòd hæc contingunt propter nimiam rei contumaciam. Patitur enim reus contra ſe interponi primū & ſecundum decretū & † in vim ſecundi decreti,& dominium & poſſeſsionem tranſferri palam eſt. Veruntamē nihil propterea probatur contra concluſionem noſtrā,vt ſcilicet in poſſeſſorio remedio,lite non conteſtata ſententia feratur,licet ſatis oſtēdatur ſecundum decretum poſſe lite nō conteſtata interponi, quod doct. fatentur in l.nec quicꝗ.§.vbi decretum de offi.proconſ.& in illo.§. iulianus,vbi quandoqꝫ legendo certo ſcitis me pleniſsime dixiſſe,& licet ſupra id poſſeſſorium remedium dixerimus vocari poſſe, tamē decretū iſtud nō eſt ſnīa,de qua hic mentionem Bar.& doct.faciūt. 12

¶ Octauo Guill.cōtra cōcluſionē adducebat.l.final.C.de edic.diui Adria.tollendo,quæ vult litis conteſtationē non neceſſariam in poſſeſſorio adipiſcendæ. Dicit Bart.illud poſſeſſorium nō intentari cōtra certam perſonam,quæ ſit ligitimus contradictor,vide librū tuū, in quo quædam verba corrupte ſcribuntur. Vult ergo illum tex.in hac ſecunda concluſione non poſſe citari,ſed primæ aptiſſimus eſt. Quòd ſi legitimus ſit contradictor etiam remedium illius.l.final.ſine conteſtatione non poſſet expediri,quod diligenter nota.

¶ Nono.Guill.de interdicto recuperandæ argumentatur ſic. Spoliato licet congregare amicos,& rem ablatam auctoritate ſua recuperare.l.iij.§.eum igitur.ff.de vi & vi armat,multo magis ergo licebit cum iudicis auctoritate.Iaſ.fortius ſic inducit,licitum eſt propria auctoritate rem ablatam reuocare.d.§.eum igitur,poſſum inſuper propria auctoritate quod in re mea factum eſt vi aut clam , incontinenti deſtruere.l.quemadmodum,ſupra eodem.l.ſi vitem.§.qui ad ianuā ff quod vi aut clam,ſi ergo omiſſa ſolennitate iuris id poſſum, licebit via iuris etiā legitime nō irrogata.ar.l.j.in pircip o.c.de rei vxo. Sed vtranqꝫ inductionem iudicio quidem meo preuiderat Bart.qui erudite(vt ſolet)ſatiſfacit permiſſum eſt(inquit Bart.)parti ſpoliatæ incontinenti,cui liquet ſe expulſam,quod etiā iudici,ſi ei liqueret,permitteretur,non poteſt autem iudex id ſcire,niſi vtraqꝫ parte pręſente .l.final.C.ſi per vim vel alio modo,vbi inquit tex.cauſſarum merita partium aſſertione panduntur,idem tex.in.c.primo de cauſſ.poſſeſſ.

x iij

87

& proprie Inaudita parte (inquit) nihil ſtatuendum eſt.

¶ Decimo, Guiller. argumento vtitur à ſimili, quòd in reſtitutione in integrũ dari poſsit ſine litis conteſtatione ſententia. l. in cauſſæ. §. cauſſa cognita ſupra de minor, ibi (vel ſi per contumaciam.) Bart. ſe remittit ad dicta per Cy. in auctent. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hered. ab-
13 ſtinea, vbi ponitur notabilis diſtinctio, qua ſoluitur contrariũ, nam † quando minor (inquit Cy.) peteret ſe admitti ad aliquid dandum vel faciendum per reſtitutionem in integrũ, eſſet neceſſaria litis conteſtatio, l. papinian⁹ exuli. ff. de minori. veluti etiam in propoſito. Si verò minor non id petat ſed aliquod obſtaculum remoueri, non eſſet conteſtatio requiſita, ſicq; poteſt intelligi. d §. cauſſa cognita.

¶ Vltimo adducebat Guil. quòd in poſſeſſorio retinẽdæ vterq; eſſet actor & reus, quia duplex iudicium eſt. l. ſecunda in princip. l. ſi duo . §. primo. ff. vti poſsidetis, Sed actore abſente poteſt ſententia diffinitiua dari auctẽ. qui ſemel. C. quo mo. & quando iudex, ergo. Bart. reſpondet verum eſſe in iudicio retinendæ vtrunq; eſſe actorẽ & reũ in habitu (iſtud ex mente eius colligo) ſed in actu is, qui primo prouocauit & libellum dedit, actor eſt. l. in tribus. ff. de iudic. Ideo innuit Bart. quòd eo, qui libellũ dedit, abſcente, ſententiam iudex diffinitiue pronunciare poteſt, etiam in poſſeſsorio retinendæ per eam auctẽ. qui ſemel cui duplex ratio ſupra fuit aſsignata. Oſtẽdit iſtud Bar.
14 perpulchra ratione, litis conteſtatio † habet duo extrema nempe aſſertionem actoris, & negationem rei, cum ergo libellũ proponit, aſſerit. & ſic lis ex parte ſua eſt quaſi conteſtata, nihil mirum, ſi eo poſtea abſente ſentẽtentia ferri poſſet, hæc eſt opinio Petr. de bel. in. l. edita actio. C. de edend. in vltima queſtio. habebit ergo (vt dixi) illa auctẽtic. locum in dupplicib⁹ iudicijs in eo tantum, qui primum ad iudicẽ prouocauit libellum dando, ita putat Bart. ſatiſfactũ rationib⁹. Guiller. prolixioribus tamen verbis deductis. ¶ Contra ea quæ Bart. hic dicit adducunt moderni multa. Primo dum dicit Bart. litis conteſtationem fieri per aſſertionem & negationem Opp. quòd immo per cõfeſsionem litis conteſtatio fiat, glo. in. c. fina. de litis conteſta. extra. Ego ſupra dixi in præfationibus nunq; fieri. niſi partes ſibi contradicant, ſaltim in concluſione licet in alijs poſsit eſſe confeſsio ſic fit, vt Bart. hic optimè loquatur per. l. rem non nouã. §. patroni. C. de iud. Oppo. inſuper contra Barto. dum ait per libellum ex parte actoris litem conteſtari, adducunturq; quatuor rationes.

¶ Prima quia iure digeſtorum poſt libellum actoris potuiſſet ineſ

vel contumacem ſententia ferri cõtra.l.& poſt edictum verſic quòd
ſi is.ff.de iud. Secunda conteſtatio dicitur ſimul atteſtatio,ſed pro-
poſito libello reus nihil teſtatur. Tertia poſt libellum ab actore tra-
ditum obijci poteſt declinatoria.l.quoniã Alexandrũ.C.de adulter.
l.non videtur.ff.de iud.quod non diceres,ſi lis eſſet conteſtata.l.ex-
ceptionem.C.de probatio.l.final.C.de exceptio. Quarta inter libel
lum & conteſtationem eſt interuallũ.xx.dierum auctentic.offerat.
C.de litis conteſtatione,ergo non eſt verum litem conteſtatã per li-
bellum actoris eſſe,idq; Barto.fateri videtur in.l.edita actio.nu,29.
Moderni poſt Bal.laborant,vt vides,diligẽter ad impugnãdũ Bar.
Sed nihil ad ſcopũ Bart.non dicit fuiſſe factam conteſtationem per
libellum actoris,ſed dicit ex parte actoris eſſe cauſſam quaſi cõteſta
tam. Tu ergo neminem reprehendas,quẽ prius non intellexeris,niſi
malueris inuidorum officio fungi,ideoq; ſi ſe actor abſentet libello
non reuocato,in eum ſententia etiam diffinitiua ferri poſſe videtur.
¶ Nec obeſt.d.l.& poſt edictum,quoniam ſi reus ex parte ſua reſpõ
diſſet libello,qui ſemper loquitur.l.arriani de heret.C.& in preiudi-
cium eum libellum ædentis.l.cum precum. C.de liberali cauſſa.
Iam facta fuiſſet conteſtatio vtrinq; dariq; ſententia poſſet ſecũdum
diſtinctionem tamen.l.properandum.§.& ſiquidem.C.de iudic.ſed
ibi reus edictum circunductum acuſauit.
¶ Superſt.reſpondeam⁹ quinq; rationib⁹ modernorũ, quas ꝑ Guil
lermo deduxerunt. Prima continet in ſummarijs litis conteſtationẽ
non requiri,cuius contrarium diximus in rationibus noſtræ conclu
ſionis,quòd ſcilicet in ſummarijs requiratur litis cõteſtatio per mul-
ta iura. Ideoq; iſthæc conciliando ſatiſſaciemus huic cõtrario primo.
Videnda igitur eſt Bar.doctrina in,l.prima.§.fina.nu.1.de pretor ſti
pulat quam reffert,vehementerq; commendat Iaſ.hic nu.168. Et li-
cet do. Rub.& Fab.dicant Bar.contrarium ibi decidere. Puto tamẽ
Iaſo.eam doctrinam Barto.melius perſpexiſſe. Vult Barto.† vbi 15
lex dicit ſummatim procedendum,ſiquidem nõ paratur plenũ præ-
iudiciũ,tã in ordine q̃ in ꝓbatione ſummatim ꝓceditur in probatiõe
inq̃,vt nec quidem lis conteſtanda ſit,ſuper qua probationes fundã-
tur Rubric. vt lite non conteſtata. ita loquitur Bar.in tribus locis
hoc primo argumẽto citatis, Vbi verò plenũ præiudiciũ parat̃ ſum-
matim ꝓceditur ordine ſcilicet in dandis breuioribus dilationibus,
non aũt ꝓbatione,ideo litis cõteſtatio fieri debet ſine qua ꝓbationes
recipi non poſſunt.d.rubric.vt lite non conteſtata,idq; colligitur ex

illa clemen. ſępe, quam ibi Bar. allegat, ſic fit vt in noſtro poſſeſsorio iudicio ſumatim procedatur, non quidem probatione, cùm plenum pręiudicium parari poſsit per ſententiam, à qua appellari ciuilia iura non patiuntur. l. vnica. C. ſi de monenta poſſeſ. propter mul tos etiā effectus quos deduxi in prima clonclusione ſecundi capitis.

¶ Nec nocent etiam tex. in dic. l. momentariæ in verbo mox, tex. in .d. l. prima ſi per vim vel alio modo in verbo abſq; vlla cunctatione, tex. in. d. l. ſi quis ad ſe fundum in verbo protinus, quoniam illa verba nil poſſunt aliud importare, quàm ꝙ ſummariè procedi debeat, Bart. in. l. res quæ. §. primo. ff. de iure fiſci. Bart. in. l. penul. C. de poſ. atqui in ſummaria cauſſa lis conteſtanda eſt, vt dixi ſtatim. ¶ Ad. c. cōſultationibus danť duæ ſolutiones. Prima ꝑ Ioā. Andre. vt ibi ſit ſpeciale, quòd per delegatum infra tempus præfixum reſtitutio fieri debuiſſet, hæc non placet communiter ſecundum Hercul. hic Dices ergo, vt per glo. finalem ibi, quæ communiter teneť, litem ibi fuiſſe conteſtatam ante abſentiā ſpoliatoris, nec eſt illud diuinare, cū enim ibi dicitur ſententiam ferendam eſſe, ergo & litem conteſtatam fuiſſe arg. l. ad rem mobilem. ff. de procur. cæterum ſi contendas aliquid di-
16 uinationis eſſe non inconuenit † diuinare, vt iura cum iuribus concilientur, tradit perpulchrè. Iaſo. in. l. ij. §. interdum nu. 22. ff. de vulg. Deffenſa eſt itaq; noſtra concluſio. In cuius examinatione permulta vidiſti noſtro iudicio poſſeſsorio quàm aptiſsima.

¶ Limittant doct. concluſionem, primo quando agitur cōtra incertam perſonam, ſed hunc caſum ego poſui in prima concluſione.

¶ Secundo ponunt limittationem Bart, poſitam àb eo, nu. 35. verſi. iſta regula fallit. In poſſeſsione quæ dať ex interdicto carbonia pupillis, qui ſe deffuncti liberos dicunt, & licet miſſus in eam poſſeſsionem ex illo edicto conſtituatur poſſeſſor. l. iij. §. miſſum iuncta gloſ. ibi. ff. de carb. edict. tamen proceditur ſummatim. d. l. iij. §. cauſſæ, & ſic ſine litis conteſtatione. Accedat duplex ratio, vna procedit ex fauore pupilli. l. prima. §. & gnāliter. ff. de ventre in poſſeſsio. mitten. Altera, quia eius poſſeſsionis commodum perditur aduentente pubertate. l. de bonis. §. final. de carbo. edict. In hanc Bar. limitationem Fab. mouetur, quòd nullo modo ꝓbetur, Licet enim ſummatim procedendum ſit per. d. § cauſſe. non tamen ſequitur quòd litis conteſtatio remittatur, Immouerò ſupra contra tenuim⁹. Nec rationes Bart. illi ſatiſfaciunt, Fauor (inquit) nullus verſatur, cum litis conteſtatio nō ſit damnoſa pupillo, Non vrget item quòd ea poſſeſsio tempore

amittatur,quandoquidem id in omni poſſeſſione contingit. d.l.prima,ſi de momentanea poſſeſ. Ego arbitror limitationem Barto. veram,& licet ex verbo ſummatim non inferatur,ꝙ litis conteſtatio remiſſa ſit,infertur tamen,ſi addideris, quòd non paretur plenũ præiudicium,vt dixi ſupra ex diſtinctiõe Bar.malè profecto per moderniores intellecta.Et duplex ratio Bart.tendit ad illud oſtendendum, quòd ſcilicet plenum præiudicium non fiat,ſed potius fauor quidam temporarius attendatur.

¶ Tertio limitatur concluſio ſecũdũ Bald.in.d.l.incerti.in.xiij.quęſtio.quando periculum eſſet in mora,quia fortaſſe ſpolians auffugeret,aut interim res poſſeſſa conſumeretur,tunc eñi non eſſet litis conteſtatio neceſſaria,arg.l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.quæ in fraudem credi.Contra hanc limitationem,(feras,oportet ęquo animo has docto.contrarietates,ego eñi conquieui cum his qui mihi recti⁹ loqui videbantur),tenent Alexan.hic Feli.in.d.c.conſultationibus,& quidam ex modernis,mouẽtur quòd in damno infecto periculum eſt in mora.l.prima,de dãno infecto,& tamẽ lis conteſtatur,Bar.in.l. quarta.§.hoc autem iudiciũ,de dã.infec.Tu adde quòd litis cõteſtatio nõ eſt dãnoſa,nec requirit tractum tẽporis aut morã,cur ergo ea remitteretur,Iaſ.tenet limitationem Bald.cui vehementer aſtipulor,dicens regulas iuris cõmunis plerũq; remitti,vbi periculum eſt i mora.l. de pupillo.§.ſi quis riuos,& ibi Iaſ.multa cumulat.ff. de oper. noui nũciatio,& reſpondet nõ eſſe idem in cauſſa dãni infecti,quiaſi pendẽte iudicio dãnum aliquod cõtingeret,ageretur pro illo dãno.l. ſi finita. §.eleganter,illo titul.Sed Fabius replicat contra Iaſ. quod in poſſeſſorio etiã agatur ad omne intereſſe, & petitur omne dãnum refici.l. prima.§.ſi fundus,&.§.ſequenti.ff.de vi & vi armat.l. ſi duo.§.final.ff. vti poſſidetis,& ideo dicebam⁹ reſtitutionem fieri cũ omni cauſſa.l. ſemper.§.in hoc interdicto.ff.quod vi aut clam. Vnde dicit Fab.in interdicto recuperandæ & retinendæ non procedit limitatio Bald.in interdicto verò adipiſcendæ vera eſt limitatio. Ego indiſtinctę cum Iaſ,putarem limitationem longè magis veram in illis duobus interdic.quibus agitur de damno vitando,& de poſſeſſione iam quæſita. Et licet Iaſ.ſolutio nõ videatur Fab.ſatiſfacere,ego ſic dico cauſſam damni infecti officio nobili iudicis expediri.l. cum poſtulaſſem, de damno infecto,ſupra,in quo litis conteſtatio neceſſaria eſt.c.final.de offi.iudi.extra. Secus in noſtris interdictis.

¶ Limitatur quarto quando actor poſt libellum ſeſe abſentauit.d.

auctent. qui ſemel, tunc enim lite quaſi conteſtata. Iudicium procedere poteſt ſecundum Bart. hic in vltimo contrario Guill. qui eſt imitatus. Petr. de Bell. pertic. quos ſum etiam hoc loco ſecutus.
¶ Quinto limitta vbi notoriè de ſpoliatione conſtaret, quia tunc in interdicto recuperãdæ ſine conteſtatione procedi poteſt ſecundum Bart. hic virſic. octauo probat in verbo. ſi ſibi liquerit, pro quo facit, quòd notorius † ſpoliator etiam iure cano. appellari non poteſt. c.
17 romana. §. preterea de appellatio in. vj. Acccedat etiam ꝙ in notorijs non ſeruare ordinem magnus eſt ordo. Innoc. in. c. final. de ord. cog. extra de quo multa per Bal. in. l. cũ fratrẽ. C. de his quib. vt indignis.
¶ Sexto limittabis quando quis agit ad recuperandam immiſsionẽ in poſſeſsionem factam non ſeruato iuris ordine Bart. in. l. final. nu. 21. ad funem. C. de edic. diui Adria. tollẽ, quem ſequitur rubeus hic referens Alex. ita voluiſſe in conſil. 5. in ſecundo volumine.

QVARTA QVÆSTIO.

QVarto quęrit Barto. ſunt caſus aliqui quibus cumulatur petitorium & poſſeſsorium, an vtrunq; debeat eadem ſententia terminari? an verò prius de eo iudicandum eſt, de quo prius conſtiterit? In hanc rem Bart. citat opiniones. Canonicæ legis periti (inquit) dicunt eadem ſententia vtrũq; debere terminari, ſiue ambo ob eodem proponantur. c. cum dilectus de cauſſa poſſeſ. & propri. ſiue vnum ab vno, & alterum ab altero, c. ſecundo de ordine cognitio. Petr. de bell. pertic. & Cy. in. d. l. incerti iuris. C. de interdic. in. q. queſti. velle videntur, ſuper eo prius iudicari debere de quo prius apparebit. Barto. (vt in eius more poſitum eſt) diſtinguit. Tu ex eius diſtinctione collige (vt multis quidẽ annis te facturum admonui) concluſiones †. ¶ Vna, quando ab eodem vtrunq; remediũ proponi permittitur, poteſt iure ciuili prius de eo ſentẽtia dari ſeparatim, de quo prius iudex erit inſtructus, nihil enĩ eſt impedimẽto, prę ſertim quòd duo iudicia facilius ſeparari poſſe videantur, vt alterutrum citius expediatur, quàm eiuſdem iudicij diuerſa capitula, atqui vnum caput terminari quidem poteſt nondũ eiuſdẽ iudicij altero capite deciſo. l. non idcirco. ff. de iud. & glo. ibi facit tex. in. l. etiã. §. ex cauſſa de minorib. faciunt notata in. l. prima, C. ſi aduerſ. rẽ iudic. vbi vide Bart.

Diſcrepat igitur in hoc articulo ius ciuile à canonic. vt fateri videtur glo. in. c. ſecundo de cauſſa poſſeſ. ¶ Contra Bart. qui iurium differentiam ponit, tenent Aret. Imol. Ludouic. Iaſ. & repetentes cõmuniter dicentes iure canonico etiam de eo iudicio ſententiam proferẽdam de quo priore loco conſtiterit. Primo quia non debet fieri iuriũ diuerſitas, niſi clarè liqueat. c. primo de operis noui nunciatio. c. cum deceat de electio. in. vj. Præterea poſſet actor vnum iudicium tantũ perſequi omiſſo altero rubric. vt nemo inuitus age. cog. & de inde ſuper eo pronunciari. l. de qua re. ff. de iudic. Tertio cõtra Bart. videtur tex. in. d. c. ſecundo de cauſſa poſſeſsio. vbi Papa deciſionem fecit qđ iure ciuili fuerat ita deciſum, facit tex. in. c. ſignificauerunt in fine de teſtib. extra. vbi moniales vtrunq; remedium intentarant, & tamen prius de poſſeſſorio, ſi apparuiſſet, ſententia ferenda erat, ſic fit ergo vt nullum iurium ponendum veniat diſcrimen, licet Fab. adhuc ea differentia abutatur, ſubiungens quandam diſtinctionem, quæ mihi non videtur recipienda Nõ poterat Bar. muoeri deciſione gloſſæ. in eodem. c. ſecundo de cauſ. poſſeſ. quoniam eá differentiam ſolum ponit in concurſu iudiciorum, qui iure ciuili non admittebatur ſecundum opinionem Ioan. & Azo. de iure canonico admittebatur. c. paſtoralis, teneas ergo cum cõi, nec enim iuraui in verba Bart. amicior enim eo mihi veritas ſemper fuit.

¶ Altera concluſio. Quando petitorium ab vno, & poſſeſſoriũ ab altero proponitur, vtriuſq; iuris diſpoſitione debet vtrunq; ſententia eadem terminari. c. cum dilectus de cauſ. poſſeſsio. tunc enim inſtituũtur per modum conuentionis & reconuentionis quarum natura eſt, ſimul vt terminentur. l. prima in fine quando ſententiæ ſine appella. reſcindam. c. primo de mutuis petit. declaratur in auctẽn. conſequenter. C. de ſentenc. not. in. l. qui prior ſupra de iudic. in. d. c. ſecũdo de ord. cognitio. Prædicta (inquit Bart.) vera ſunt ſi litis conteſtatio neceſſaria fuerit, quia ſic paretur plenũ preiudiciũ, At qui in poſſeſſorijs in quibus litis conteſtatio non requiritur, quòd ſcilicet nõ paratur multum præiudicij, non feretur ſententia ſuper vtroq;, quoniã in eiuſmodi ſummarijs nec reconuentio quidem locum habet ſecundum Cy. in. d. auctent. conſequenter. in. vij. queſtio. Imol. & Fab. dicunt Bar. malè ſentire quia iudiciũ poſſit nõ eſſe ſummariũ. Sʒ fallũtur, nõ enim hoc dicit Bart. ſed dicit quandoq; in poſſeſſorio, etiã ſi ſemper ſummariũ ſit, litis cõteſtationẽ requiri, quandoq; nõ, qđ verius eſt, vt in præcedẽ. queſtio dixi, ſicq; nõ eges eorũ exẽplo quod de forma ſtatuti adducebãt.

¶ Conſequenter Bart.monet duas vtiles quæſtiones. Vna eſt,quis eſt effectus vtriuſq; iudicij nẽpe petitorij & poſſeſſorij. Altera quomodo fiat illorũ executio:ſe remittit ad dicta per Cy.in ea.l.incerti iuris in ſecũda queſtio.qui ſatis perfecte loquitur,vbi etiam Petr. de bell.pertic.citramonta.noſter vir ſanè doctiſſ.quorũ ſententiã Ioan. andre tenet in.d.c.paſtoralis.Iaſ.hic refert iſta tractari per Alexã.in conſilio.130.& conſilio.159. Hic articulus profecto eſſet tibi valde neceſſarius,niſi naturam horum remediorum in præfationibus habuiſſes,ex ea que effectum facilè potes intelligere.Habes inſuper in prima concluſione primi capitis commoda poſſeſſorij. Quantum pertinet ad executionem horum iudiciorum,nõ licet per ocium tibi declarare,præſertim quod ex ſtillo noſtro quædam eſt executionis forma facilis,quam tu ipſe dignoſces ſtatim vt in praxi fueris tantiſp verſatus.

QVINTA QVÆSTIO.

QVinto querit Bart.an interdicta exhibitoria petitorijs remedijs præferri debeant.Citat opinionem gloſſ.in.c.paſtoralis in fine magne gloſſ.verſic.(vel intellige)que vult interdictũ de liber,exhiben.& de tab.exhiben.preferri petitorio.Sed illa gloſſ. non rectè intellexit naturam interdicti de liberis exhiben. quod habet cauſam proprietatis annexã,Ideo nec precedit nec ſequitur. Immo in eo totum ius & poſſeſſionis & proprietatis terminatur.l.ſecunda.§.quedam ff. de interdic.Poſſet etiã dici præparatorum non quidẽ ad petitorium,ſed ad interdictũ de liberis deducendis.l.iij.§.primo qui incipit(hoc interdictum) ff de liber exhiben.Quantum autẽ ſpectat ad interdictum de tabulis exhibendis glo.illa verum dicebat,vt ſcilicet precedere debeat vſq; adeò quòd lite conteſtata ſuper petitorio,quo petebatur hereditas, non agetur interdicto illo vt exhibeantur tabulæ teſtamenti.l.final.ff. de tabul.exibend.Bart.in hoc vltimo dicto ſecundum imol.Iaſ.& Fab.male loquitur dicens q post litem conteſtatam non poſſet quis petere exhiberi tabulas teſtamenti ſequiturq; glo.in.d.l.final.de tabul.exhib.quæ ſanè perperam intellexit illum tex.Ideò Bart.ibi verius illud eſt interpretatus, vt loquatur de tabulis proferendis hoc eſt,corporaliter tradendis, Dic ergo ſecundum Bart.in.d.l. fina.adhuc tabulas peti poſſe per.l.primam, in princ.ff.quemadmodum teſta apperiant. Vides quid in his quinq; queſtionibus dicendum putarunt Bar.& doct.alij quotquot ferè

in hanc rem ſcripſerunt. ¶ Vltra Bart. Iaſ. hic. nu. 183. ponit ſextam queſtionē perquirens quibus verbis vtrunq; remediū in iudicio deduci intelligatur. Que cum omnino à materia noſtra non ſint aliena breuiter ea ſic habetote. ¶ Petens rē pleno iure ſibi adiudicari vtrūq; remedium intētat tex. in. c. querelam de electio. & glo. ibi in verb. pleno iure, tex. in. l. iulianus. §. final. de rei vendic. tex. in. c. cū plantare. §. nihilominus de priuileg. ¶ Concludens rē ad ſe pertinere agit petitorio & poſſeſſorio. glo. in. l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudic. panor. in. c. primo de ſeq̄ſtra. poſſeſ. felin. in rubr. de reſcrip. à quo Fab. hic dicit Iaſ. iſthæc oīa cepiſſe, licet multa hic Iaſ. dicat eaq; notatu digna, de quib. felin. ibi nihil. Idem ſi concludatur rem ad eum ſpectare Panor. in. c. cum eccleſia ſutrina de cauſſ. poſſeſ.

¶ Petens rem reſtitui agit ad petitorium, & poſſeſſorium. c. cū ad ſedem de reſtitut. ſpoliato. & ibi docto. Bald. in. l. penul. C. de ſenten. quæ ſine certa quantit. ¶ Quando cauſſa ſimpliciter alicui committitur de vtroq; cōmiſſarius cognoſcere poteſt tex. in. c. primo & ibi Panor. de ſequeſtra, poſſeſ. & fructuum. ¶ Vbi reſeruatur ius tercij, fit iuris reſeruatio ſiue in petitorio ſiue in poſſeſſorio conſiſtat Bald. in conſilio. 398. & Iaſ. hic nu. 190. ¶ Petens iuſtitiam ſibi miniſtrari concludit in petitorio & poſſeſſorio, prout actori melius & vtilius erit, c. ſecūdo de ord. cognit. & ibi Panor. & alij De clauſulis iſtis generalibus, vide Iaſ. in. §. omnium nu. 147. inſti. de actio.

¶ Habetis beneuoli auditores quid in hanc materiam adtulerim, in qua ſi quid imprudenter ſcriptum ſit, orationis noſtræ paupertati tribuatur. Si quid autem vel vltra, vel contra docto. aſſeruerim, ad id ſanè ſolus veritatis (ſi quidem eam rectè nouerim) amor me cōpulit Quicquid deniq; boni eſt à deo optimo maximo proceſsiſſe putetis. Interea tñ date operam, vt hæc & alia quæ à me veſtri amantiſsimo excepiſtis. Vos optimè de me meritos diligēter retinuiſſe gaudeam.

VALETE FELICES.

AVCTORE DEO RECTA OMNIA.

INDEX ALPHABE-

ticus eorum, quæ præcipue adnotari poſſunt? Quem vt intelligas poſui tria Capita In priore pono Prefationes quinq;. In ſecundo pono Concluſiones tres. In tertio, Cōbinationes octo, & Queſtiones quinq;. Nō eſt ergo neceſſum citare quo Capite quid inſeratur, aut quo fol.

A

ABſens contumax an cōdēnari poſſit. In tertia queſtio. nu. 6.

Abſolutoria i petitorio nō nocet poſſeſ. retinē. in. 2. cō. nu. 15.

Abſolutoria i petito. an noceat poſſeſ. adipiſ. in. 2. cōcl. nu. 26.

Actio pſonalis quomodo in iudiciū deducatur. in. j. Præfa. nu. 19.

Actio realis qua forma inſtituenda ſit? in. 2. Præfa. nu. 3.

Accurſij & Alciat. Finitio de poſſeſsione. in. 3. Præfa. nu. 12.

Actio q̄ cōpetat beneficiato p petitorio beneficij. in. 5. Præfa. nu. 16.

Actori initio iudicij fauendum. in. 2. concluſio. nu. 7.

Actor an poſſit ſuſpēdere petitoriū & intētare retinē. in. j. cōbi. nu. 8.

Actions nomē hodie libello nō inſeritur. in. 8. combi. nu. 4.

Actionem non habens in iudicio eſſe nō poteſt. in. 2. queſtio. nu. 1.

Argumētum à ſeparatis an valeat. in. prima cōcluſio. nu. 6.

Argumen. non rectè à docto. aſſumitur à poſitione cōſequentis &c. in prima concluſio. nu. 11.

Argumenta quatuor contra tertiam concluſionem tex. noſtri. in. 3. concluſi. nume. 2.

Attentati via eſt melior quàm ſit iudicium recuperandæ. in prima combinatione. nu. 3.

Appellationis articulus poteſt ſine conteſtatione expediri. in tertia queſtio, nu. 9.

Actionis natiuitatem contrarietas an impediat? an exercitium. in ſecunda quæſtio. nu. 8.

Auaricia iudicum ſpiritualium efficit, ne de poſſeſsorio beneficiorū cognoſcerent, in. 5. Præfatione. nu. 4.

Auctētic. niſi breues, an ſuſtulerit ſolēnitatē cōteſta. in. 3. q̄ſtio. nu. 8.

B

BEneficio ſpoliatis quibus modis ſuccurratur. In quinta præfatio. nu. 12.

Beneficiatus quā actionem intentat in petitorio. in quinta præfatio. nu. 18.

Beneficiatus an habeat dominium in beneficio. in quinta præfatione.nu.19.
Beneficialis cauſsa poteſt pluribus titulis fulciri. in prima conclufione.nu.3.
Barto.ſine ratione loqui non conſueuit,quandoꝗ tamen iure carpitur. in quarta combinatio. nu.5.

C

Caſus,quibus ius nobis ipſi aut facere,aut dicere poſsumus. in prima præfatione. nu.11.
Caſtrum ſiue fortalicium in Francia ſpoliato reſtitui debet licet docto.contra. in.2.concluſione.nu.21.
Caput ſecundum poſſeſsorij,an habeat cauſsam proprietatis annexam in ſecunda concluſio. nu 17.
Ciuilis poſſeſsionis effectus remiſſiue. in tertia Præfatione. nu.26.
Conſuetudo regni Franciæ qua mortuus ſaiſit viuum magis ample declaratur. in.3. Præfatio. nu.27.
Collitigante in beneficialibus mortuo,an poſsit illius ius conferri. in prima concluſio. nu.2.
Corrolaria ſex ex prima concluſio. in prima concluſio. nu.7.
Conſequentia tollitur per vnam inſtantiam, ideo contra Iaſo.&c. in prima concluſio. nu.12.
Corporalia differunt ab incorporalibus ſuper cumulatiōe interdict. adipiſcendæ. in prima combina.nu.12.
Conſequentia hæc non valet hæc cauſsa habet vnum ſpeciale ergo alterum. in tertia quęſtio. nu.10.
Clauſula peto iuſticiam miniſtrari quid importet. In quinta quęſtione.nu.20.
Criminalium cauſsarum cumulatio cum ciuilibus,an fieri poſsit. in.8,combina.nu.3.
Creditor debitorem quandoꝗ auctoritate ſua iure capit. in prima præfatio.nu.11. verſic.quartus.in.l.&c.
Concluſio triplex colligitur ex noſtro.§.in ſecundo capite,in principio.num.2.
Concluſio.2.ex noſtra.§,in ſecunda conclu. nu 1.
Combinationes ſiue caſus,ſeptē ſunt conſiderandi. in tertio cap.in principio.nu.6.
Concluſiones duæ in interdicto adipiſcendæ. in prima combinatio. nume.1.

Concluſio vnica de interdicto recuperādæ tandem deffenditur à ſex impugnationibus. in prima Combina.nu.3.
Concluſiones tres de cumulatione interdicti retinendæ. in prima combina.nu.7.
Concluſio.2.de interdicto retinend. in prima Combina.nu.14.
Concluſiones circa ſecūdā cōbinationē quatuor. in.2.cōbina.nu.2.
Cōcluſio prima ſuper interdicto recuperandæ ad quartā cōbinationem infringitur octo fundamētis. in quarta combina.nu.2.
Concluſio ſecunda licet ſit cōmunis reprobatur per ſeptem ratiōes. In quarta combina.nu.4.
Cōcluſio quarta cōis tollitur euidentibus rōnibus. in.4.cōbi.nu.6.
Concluſio vnica & noua ſuper interdicto recuperandæ. in quarta combina.nu.7.
Combinatio octaua diuerſorū poſſeſſoriorum. in octaua cōbina. nu.1. poſt quam ſubduntur alię quatuor.
Cumulatio petitorij & poſſeſſorij reſpectu diuerſorum iure noſtro nō prohibetur. in ſecunda concluſio.nu.40.
Cumulatio an in articulo appellationis permittatur. in prima combinatione.nu.10.
Cumulationes remediorum fauore reorum prohibentur. in prima combinatione.nu.11.
Cōbinatio tertia vnicā cōcluſionē habet.in.3. combina.
Cumulatio petitorij vnius & petitorij alterius in interdicto adipiſcēdæ,an fiat tres concluſiones. in quarra combina.nu.8.
Cumulatio in interdicto retinendæ,an fieri queat. Quatuor concluſiones. in quarta combinatio. nu.9.
Cumulationis ſeptimæ vnica concluſio. in.7.combinatio.

D

Deffenſionis cauſſā non licet in frācia alterū occidere.in prima Præfatio.nu.16.
Diffinitio debet cum ſuo diffinito cōuerti.in.3.Præ fa.nu.11.
Decretum de pacificis poſſeſſoribus allegatur quandoq; via excipiendi. in.5.Peæfatio. nu.15.
Differentiæ inter manutenentiam & ſtatutum querele. in quinta præfatione.nu.26.
Diuiſio quid operetur. in ſecunda concluſio.nu.9.
Diuinatiua lectura quæ dicatur. in ſecunda concluſio.nu.37.
Diuinare,an liceat quandoq;. in.3.quæſtio.nu.17.

Dominiũ ſępe p̱ ꝓprietate ſumit & ecõtrario. in.3.præfatio.nu.5
Dominij finitio & diuiſio remiſsiue. in.3.præfatio.nu.primo.
Dominium an quis habet in beneficio. in.5.præfatio.nu.19.
Dominiũ à poſſeſsiõe,quib⁹ rõnibus differat. in prima cõclu.nu.3.
Dominium an proprię reperiatur in rebus incorporalibus. in prima concluſione. nu 12.
Dominium regulariter non procedit ex poſſeſsione, ideo cõtra docto. in prima concluſio.nu.13.
Dominij aut poſſeſsores an plures eiuſdem rei ſimul eſse queant. in.2 concluſio.nu.42.
Dominium actoris,an probetur per ſpoliationẽ aduerſarij. in prima combinatione.nu.4.
Duo remedia ſi competant,altero tantum eſt agendum. in ſecunda concluſio.nu.42.
Duo ſpecialia quãdo concurrunt. In.3.queſtio.nu.11.

E

EXceptio remedium eſt contra turbantes in dominio. in prima Præfa.nume.6.
Emphiteota vaſsallus vtile dominiũ habẽt. in.3.pręfa.nu 2.
Excõicatus ante omnia non reſtituitur. in.2.concluſione.nu.22.
Excõmunicatus iudex aut actor,vel in curijs temporalibus, Frãciæ non debet audiri, in ſecunda concluſio.nu.23.
Expenſarum condemnatio,an fieri debeat contra renunciantem petitorio. in ſecunda concluſione.nu.34.
Expenſarum condemnatio quibus caſibus iure fieri debeat. in ſecunda concluſione.nu.36.

F

FOrma querimonię ponitur. in.5.præfatio.nu.8.
Furari quis rem ſibi debitam non poteſt impunè. in ſecunda cõclu.nu.20.

G

GLoſſatores non amplius vocentur gloſularij. in tertia præfatione.nume.18.
Gloſſ.magnæ huius.§.commodior diuiſio. in ſecunda concluſione. nu.10.
Gloſſ.eiuſdem literalis declaratio. ibi.nu.11.
Gloſſarum neceſsaria interpretatio. in tertio capi. in principio.nu.1.

I

IVris noſtri pręcipua pars eſt quod vnicuiq; ius ſuum reddatur. in prima præfatio.nume.1.
Iuſticiæ diffinitio. ibi.nume.2.
Ius perſequendi remedium cur inuentum eſt. in præfatio. prima. nume.9.
Incorporalia quaſi poſſidentur. in tertia pręfa.nume.8.
Incorporalia remedio poſſeſſorio peti poſſe. ibi.nume.9.
Intruſio non vocanda eſt poſſeſsio. ibi.nume.14.
Intellectus nouus ad.l.ſi is qui pro emptore. ibi.nume.16.
Iuris verbum multiplicem habet acceptionem. ibi.nume.22.
Interdictum quomodo diffiniatur. in.4.prefa.nu.6.
Interdictum retinendæ declaratur. ibi.nume.8.
Interdicti recuperandæ declaratio. ibi.nume.9.
Interdictum quartū reperitur,ſcilicet mixtum. ibi.nume.12.
Interdictū quintū,quod vocetur confirmandæ. ibi.nume.13.
Iudex temporalis an de poſſeſsione beneficiorum poſsit iure cognoſcere. in.5.prefatio.nume.3.
Interdictum adipiſcendæ non eſt per ſtillum aut legem regiam immutatum. in.5.prefatio.nume.18.
Iuriſprudentiæ calumnioſa accuſatio tollitur. ibi.nume.20.
Interdictū qđ habet cauſſam poſſeſsionis annexā,in.ij.cōclu. nu.15.
Intellectus noſtri.§.tercius & quartus quod non differant reſpectu cumulationis contra doct. in ſecunda conclu.nu.41.
Iuramētū intelligitur ſecundū mentē defferētis. in.ij.cōclu.nu.46.
Intellectus noſtri.§.quintus.an recipi debeat. ibi.nu.47.
Intellectus ſextus an verus fuerit. ibi.nume.49.
Intellectus nouus & verus. ibi.nume.50.
Inducta ad vnum finem non debent contrarium operari. in tertia concluſio. nume.1.
Ignorantia poſſeſsionis quomodo contingit. ibi.nume.3.
Interdictum quod cauſſam poſseſsionis habeat an cumuletur cum petitorio. in prima combinatio.nu.17.
Interdictum recuperandæ non cumulatur paſsim cum petitorio etiā ſi ſuper diuerſis rebus agatur. in.5.combina.nume.1.

L

LItis conteſtatio nunq; fit per confeſsionem. in prima prefatione. nume.20.
Libellus ſuſtinetur modo verba improprie accipiantur.

in tertia præfatio. nume.3
Legis verbum nullo modo per priiuatum auferandum. in tertia præfatione. nume.17.
Leges aliquot ſcriptæ etiam ſi ad literam in francia non ſeruentur ratio tamen earum conſideratur in.4.pręfa. nume.3.
L.final.de edict.adria.tollen.remedium quo modo differat ab interdic.quo bono. in.4.prefatio. nume.7.
L.ſi is qui pro emptore nouus & verior intellectus in.3.præfa.nu.16.
Lectura huius.§.prima. in ſecunda concluſio.nu.12.
Leges Regiæ cur ſit dicuntur. in.5.præfatione,nu 19.
Lex omnẽ ciuilem modum admittit vt quiſque ſuum conſequatur. in ſecunda concluſio. nume.2.
L.de qua re de iudic.nouus intellectus. in ſecunda concluſione.4.
Lites execrari debemus. ibi.nume.6.
Legis beneficio quis decipi non debet. ibi.nume.35.
Litis conteſtatione quaſi contrahitur,& an per ſententiam. in prima combinatio. nume.9.
L.ordirarij iuris declaratio. ibi.nume.16.
Libellus ineptus à iudice reijci poteſt. in.ij.queſtio.nume.7.
Libellus continens contraria nullius momenti eſt. in ſecunda queſtione. nume.7.
Litis conteſtatio an in poſſeſſorio requiratur in tertia queſtio. nu.1.
Litis conteſtatio quomodo fit in manu tenentia. ibi.nu.2.
Litis conteſtatio duo habet extrema. ibi.nume.14.
Lis an in ſummarijs ſit conteſtanda. ibi.nume.15.

M

MEndacium varijs modis punitur. in.4.pręfa.nu.2.
Manu tenentia & ſtatutũ querelę cõueniũt in.5.prefa.nu.21.
Martini opinio approbatur in materia noſtri.§.in tertio cap. in principio. nume.4.
Mobilium rerum poſſeſſio an ſit vilis. in tertia queſtio.nu.7.

N

NEgatoria & confeſſoria pro omnibus iuribus competunt in prima præfatione. nu.4.
Notorietas ſpoliationis facit,vt remittatur ſolennitas iudicij in tertia queſtio. nume.18.

Nuncio ſine cõmiſsione exequẽti reſiſti põt. in prima pręfa.nu.13.

O.

OPpoſitionis ſeu exceptionis remedium in quo ab actione diſferat. in prima præfa.nume.7.
Opponens quandoq; loco actoris eſt.ibi. nu.8.
Occupatione rerum non paſſim vtendum.ibi. nu.15.
Ordo iudiciarius ex quibus conſtet. in.2.præfa.nu.6.
Opinio vnius quandoq; præferenda cõi. in.3.præfatio.nu.13.
Oppoſitiones tres à gloſſa vna,à Bart.& tres à nobis contra primã concluſionem. in prima concluſione.nu.9.
Oppoſitiones quinq; recens adductæ in ſecundam concluſionem. in ſecũda concluſio.nu.3.
Opiniones tres ſuper prima quæſtione,in.3.cap.in princip. nu.2.
Opinio noua,& quarta circa remediorum cumulationem.in.3.cap. in princip.nume.5.

P.

PErſonæ complures quæ propria auctoritate capi poſſunt aut retineri. in prima præfatione.nu.14.
Perſonalis pręſtatio nec petitorio,nec poſſeſsorio remedio petitur ibi. nu.17.
Petitorium ex dominio trahit originem. in.2.pręfatione.nume.2.
Poſſeſsionis tres breues articuli. in tertia præfatio.nu.6.
Poſſeſsio quandoq; pro dominio capitur. in tertia præfa.nu.7.
Poſſeſsionis varia diffinitio.ibi. nu.10.
Poſſeſsionis noua definitio ibi. nume.13.
Poſſeſsio quod ius ſit duodecima fundamenta.ibi. nu.19.
Poſſeſsio quædem multum iuris quædem plus &c.ibi.nume.21.
Poſſeſsionis diuiſio.ibi. nume.23.
Poſſeſsionem duplicẽ probamus per ſeptem fundamenta.ibi. nu.4
Poſſeſsionis variæ acceptiones.ibi. nume.28.
Pacifica poſſeſsio quæ dicatur.ibi.29.
Poſſeſsorij diuiſio in.4.præfatio. nume.1.
Poſſeſsorium pretorium quid,& quotuplex.in.4.præfa. nu.4.
Primũ & ſecundũ decretũ quo modo tholeſę practicantur. ibi.nu.5.
Poſſeſsoriũ in bñficialibus ex tribus caſibꝰ.pendet in.5.præfa. nu.2.
Poſſeſsio in bñficialibus,nõ queritur interdicto in.5.præfa.nu.5.
Proceſſu pendente ſpoliatis quo modo ſuccurritur.ibi. nu.13.
Primum caput poſſeſsorij quomodo à.2.differat.ibi. nume.22.

Practica reſſortus Toloſani optima quòd iuri communi reſpondeat ibi.nume.27.
Poſſeſſorium aliud vltra interdicta.ibi. nume 29.
Poſſeſsionis commoda in prima concluſione. nume.4.
Poſſeſsionem beneficij primo nactus alijs paribus cæteris potior. in prima concluſione,nume.5.
Procurator & aduocatus non erunt teſtes pro eorum clientulo.ibi. numero.8.
Poſſeſsorium & petitorium an eadem ſententia terminentur.ibi.nu. 14.& in quarta queſtio. nume.1.
Poſſeſsor an dominus præſumatur.ibi. nume.15.
Poſſeſsio ſimpliciter propoſita de qua intelligatur. in ſecunda concluſio,nume.6.
Poſſeſsorij non datur actio realis in prima combinatio. nu.6.
Poſſeſsio actori competens quando incipit agere nihil differt ab ea quæ poſtea queritur contra doct.in prima cõbina. nume.15.
Poſſeſsio de nouo ſuperueniens non minus inducit contrarietatem quàm à principio competens. in.4.combina.nu.8.

Q

Quærimoniam furniri quid differt à ſequeſtro in.5.pfa.nu.10.
Quaſi poſſeſſio an actorem releuet ab onere probandi. in prima combinatio.nume.1.
Quarta cõbinatio valde practicabilis. in.4.combinatio.nu.1.

R

Remedium iuris nobis non conceſſum pro re quam tenemus. in prima pręfatio.nu.3.
Remedium iuris pro ſedibus & honoribus indecenter inſtituitur. ibi.nume.5.
Rem propriam à fure auferre quiſq; poteſt ibi,nume.12.
Reus in ſuis exceptionibus actoris partibus fungitur. ibi.nu.21.
Renunciatio & concluſio quo modo fiat. ibi. nume.22.
Res nr̃as cõſequimur modo poſſeſſorio,modo petitorio. ibi.nu.23.
Remedium verbum an receptum ſit. in ſecunda præfatio.nu 1.
Res contencioſæ debent ab actore ſpecifice declarari. in ſecunda præfatio.nu.4.
Recuperandæ poſſeſsionis quot ſunt remedia. in quarta præfatione.nume.11.
Remedium poſſeſſorium in beneficialib⁹ appellatur quęrela, Gal-

lice (complainčte.) in quinta præfatione.nu.7.
R eſſaiſimentum & reintegratio an differant. ibi.nu.28
Remedium tuendæ perſonæ. ibi. nume.32
Remedio poſſeſſorio agēti quæ actio cōpetat. in.2 conclu.nu.8.
Remedium poſſeſſorū pro ſeruitutibus an habeat cauſſam proprietatis annexam. in.2.concluſione.nu 16.
Regula dolo facis an in poſſeſſorio locum habeat. ibi.nu.27.
Rubrica plerumq; interpretatur nigrum. ibi.nu.29.
Renunciatio petitorij an tranſferat dominium in reum. ibi.nu.30.
Renunciatio petitorij q nō tranſferat dominiū quinq; fundamenta. ibi.nu.31. & qd trāſferat ſex.nu 32. & ſex Ampliatiões. nu.33.
Regulæ cumulationis impeditiuæ. in.2.cap.in principio.nu 3.
Renūciatio & cōcluſio an ęquiparētur ſentētię. in prima cōbi nu.2.
Reſtitutio in integrū an requirat conteſtationē. in.3.quęſtio.nu.13.

S

Sequeſtrum paſsim non eſſe faciēdā, in.5.præfatione.nu.9.
Spoliatio in beneficijs quot modis fiat. ibi.nu.11.
Spoliatio verbis an fieri poſſit. ibi. nu.24.
Statutum querelę coram quo iudice. nume.26.
Spoliatus debet cum omni cauſſa reintegrari. ibi.nu.27.
Sūmarij noſtri varietas obſcuritatem ſignat. in.2.capi.in prin.nu.1.
Sentētia cōformiter ad libellum ferenda. in.2.concluſio.nu 5.
Sententia abſolutoria in petitorio, an noceat poſſeſſorio. ibi.nu.14.
Sententia abſolutoria in petitorio an noceat recuperandæ. ibi.nu.18.
Spoliatus ante omnia reſtituendus cum ampliationibus & limitationibus. ibi.nume 19.
Spoliatio lite pendente grauior cęteris. ibi.24.
Sententia abſolutoria in poſſeſſorio nō obeſt petitorio. ibi.nu.28.
Sententia in poſſeſſorio quid contineat. ibi.nu.44.
Spolians nō perdit dominiū rei ipſo iure. in prima cōbina.nu.5.
Spoliatiōis priuilegiū an tolli poſſit. in.5.combinatio.nu.2.
Saiſina & diſſaiſina quid ſit. in.tertia quęſtio.nu.3.
Summariū iudiciū an exigat litis cōteſtationē. ibi.nu.4.
Secundum decretum efficit, vt dominium & poſſeſſio transferatur. ibi. nu.12.

T

Triplicæ & quadruplicæ cur non tollerentur in practica. in ſecunda præfatio.nu.5.
Turba in beneficio quot modis fiat. in.5.præfatio.nu.6.

Triennalis poſſeſſor quomodo iuuetur. in.5.præfa.nu.14.
Titulus in pari cauſſa iuuat poſſeſſionē. in.2.concluſio.nu.13.
V
VErbum de aliqua lege per eum qui legem condere nō poteſt, ſine temeritatis nota demi nequit. in.3.prefa.nu.17.
Vſucapio eſt ius. ibi.nu.20.
Varietates in iure noſtro complures. in.3.præfatio.nu.25.
Verba hæc mox,ꝓtinus,ſtatim,quid importent. in.3.quęſt.nu.16.

FINIS.


IOSEPHI CHASSANIANI BVRDEgalenſis. Ad Bereng. Fernandum Doct. eximium, de opere petitorij,& poſſeſſorij, Decaſtichon.

TV poſſeſſoris,necnon & iura petentis,
Optatus miro promis acuta libro.
Quam prius ingenio laudem,meritiſq; petiſti:
Hanc nunc poſſeſſor iure peritus adi.
Hoc tibi iure tui dant,iure ſcholaſtica turba,
Iudiciumq; frequens tale Tholoſa dedit.
En placidi fructus vigilum Fernande laborum,
Nominis æterna hæc ſunt monumenta tui,
Liuida Vippereæ contemnas iaccula linguæ.
Nam clipeum iuſtus iam tibi cenſor habet.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

BRENEZANVS IN EXItu operis.

IAm tibi Chriſte damus grates matriq; ſupernæ.
Quorum felici cuncta fauore valent.


MVTABILE